

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Galerazeya

Philopistius, Agricola

Coloniae, 1631

[urn:nbn:de:bsz:31-99912](#)



Tempel 2

Bernus 498

10.50

87 B 76498

~~LB~~ 271090

14016.80

Ant.-J. Rosenthal
LW-31-35 N8

L

I.

II.

III.

Ap

GALERAZEYA.
Sive
REVELATOR
S E C R E T O .
R V M.

- I. De Lapide Philosophorum.
- II. De Arabico Elyzir.
- III. De Auro potabili, & Pomis
Paradisi.

Authore
AGRICOLA PHILOPISTIO
Germano.



Colonia.
Apud PETRVM METTERNICH,
propè Augustinianos

A N N O M. D C. X X I.

N

po
pis
lun
vt a
rum
doç
ping
tem
dis i
bus
verc
oria

I.

ing
mo,
tulus
ur.
ient
ient
imar
ueat

TYPOGRAPHVS
Lectori.

Non potui intermittere, Benevolē Lector, quin rationes tibi exponam, quibus permotus hunc typis meis excudendum suscepī libellum: tum ut pro me satisfaciam, tum ut alijs commendem tantum thesaurum, ijs præsertim qui ob inopiam doctrinæ & iudicij aliquando impingunt in æstimandis libris; ego autem, qui operam libris imprimendis nauo, eos feligere statui, ex quibus mihi commodum & honor, alijs vero animarum profectus & salus oriatur. Dicam igitur paucis.

I. Placuit & placeat Titulus libri ingeniosus, quod enim est esca in hamo, quo pisces capiuntur: hoc est titulus in libro, quo Lectores alliciūr. Et multi quidem aurum se intenturos sibi imaginabuntur, repeat autem margaritam preciosissimam, quæ nullo auro æstimari ueat.

A.2

II. Exi-

II. Exiguus est liber & compendiosus, ita ut paruo precio emi possit, paucis horis perlegi, facili negotio memoriae commendari, absque molestia circumferri in sinu aut sacco, quinetiam donari amicis non sine fructu, qui inde hauriant vel Fidei ac veritatis lumen, vel illius maius incrementum.

III. Vnicum pertractat veræ Religionis fundamentum, quod vbi cognoueris, ab omnibus dubijs eris liberatus. Si enim sciueris, vbinam sit vera Ecclesia Christi, habebis scholam veritatis, in qua nulla falsitas doceatur. Ideoq; de Purgatorio, de Invocatione Sanctorum, de Communione sub vna specie, deque alijs erit tibi satisfactum.

IV. Inter cæteras Ecclesiæ nota vnicam de conuersione Gentium ita discutit ac illustrat, vt ego neminem adhuc legerim, qui id fecerit ex professo, imò quidam Scriptores contum trouersiarum ne attingunt quidem excrucynico verbo hanc notam, cum tam

men sit admodum insignis ac singularis, atque in promissis Diuinis fundata.

V. Excellentiam Ecclesiae Romanae ostendit ad oculum, tam ex Iudaeorum excidio, quam ex vaticinio Ezechielis: præterea ex Fidei propagatione. Quæ si quis errans benè attendat trutinetq; , mox Apostolicæ Sedi submittet caput, agnosceretque in Pontifice Romano Vicarium Christi, ac desinet à calumnijs calumniatorum.

VI. Nobilissimum medium suggerit ad Fidei lumen consequendum, nempe orationem: & quidem practicè, ut ipsas preces ad manum habeas, & omni die aut horâ frequentre possis Multi quidem multa scribunt de orationis necessitate, sed dum ipsas formulas orandi non suppeditant, cassum subeunt laborem.

VII. Auctor huius libelli (qui cumque tandem ille fuerit) non tantum erudit intellectum, sed etiam excitat & inflamat affectum, maxi-

mē in soliloquijs suis. Quæ duo celeberrimus doctissimusque Cancellerius Parisiensis Ioannes Gerson in bono scriptore postulabat, vt nempe esset *lucerna ardens & lucens.*

VIII. Est insuper varius in tanta breuitate, & in tam exiguo libello tam diuersa introducit: nunc parabolæ & exempla, nunc figuræ & prophetias. Hæc autem omnia mirè oblectant recreantque Lectorem, ita ut absque ullo tædio iterum iterumque legere acrelegere totum libellum non abhorreat aut reformidet.

IX. Habet denique modum tractandi singularem, ex quo fit ut dulciter influat, mentem tangat, gaudio perfundat, tenebras discutiat, anxietatem pellat, aliosque effectus producat: quos licet Diuinæ Gratiaæ ascribere debeamus, vtitur tamen illa plerumque instrumentis suis, cœcanalibus per quos fluat.

Habes, optime Lector, iudicium meum de hoc libello, tu si Catholicus es, vtere illo ad hæreticos conuer-

7
uertendos, & sit tibi tanquam regu-
la aurea ad illos informandos; si-
autem adhuc versaris inter oues er-
rantes ouis errabunda, expendeni-
hilominus momenta rationum &
vim argumentorum, considera notas
Ecclesiæ veræ, & habeas curam sa-
lutis tuæ. Veniet tempus, quando ex
hac vita emigrabis, reddesque sum-
mo Iudici rationem non tantum de
vita & moribus, sed etiam de Fide
ac Religione. Cum igitur nullus sal-
uari possit absque vera Fide, non e-
rit tibi in hoc negotio somnolenter
agendum. Hodie viuis, cras forsan
morieris: & ibis in domum æterni-
tatis tuæ, vt Sapiens monet *Eccles. 12.*
v. 5. qui tandem ita concludit: *Et*
cuncta quæ fiunt, adducet DEVS in
Iudicium pro omni errato, siue bonum,
siue malum sit. O domus æternitatis
in cælo felicissima! ad te suspira-
mus. heu domus æternitatis in infer-
no miserrima! te abhorremus. O
stultissimos homines, qui propter
suos errores malunt in æternum pu-

ele-
lla-
bo-
mpe
anta
ello
ara-
s &
mirè
a, ita
um-
bel-
det.
tra-
dul-
udio
xie-
pro
e af-
illa
ceu
cium
holi-
con-
uer

niri, quam vitam Angelicam agere
in caelo! Tu autem, optime Lector,
quem alloquebar, in tempore accep-
tibili discute & abijce tuos erro-
res, ut cum Sanctis viuas vitam bea-
tam in æternum: quod tibi con-
cedat IESVS CHRISTVS
D.N. Amen.



ORI-

9

ORIGO ET OC-

CASIO SEQVEN-

TIS LIBELLI CONSCRI-
pti ac impressi.

 Nte annos quinqua-
ginta plus minus fu-
it in Germania vir
quidam omni genere
doctrina instructis-
simus & omnium virtutum de-
core ornatissimus : qui passim
Agricola vocabatur, cum ta-
men duplex nomen in sacro Ba-
ptismate accepisset, dictus Da-
niel Agricola: sed prius nomen
ipse per modestiam subtivit,
gaudium habens in secundo ob
memoriam SS. quorundam Pa-
triarcharum, qui agricultura a-
peram dederunt. Quod illi co-

A 2 gno.

gnomen ex familia fuerit, id ne-
mo potuit ex illo expiscari. Vide-
tur tamen ex stirpe nobili ortus
fuisse, quod statura & elegantia,
formæ dignitas, morumque gra-
uitas satis indicabant; Philo-
pistium tamen se in literis co-
gnominare solebat, ob amorem a-
uitæ Fidei singularem. Vir iste
cum Philosophia ac Theologie
cursum felici successu & multo-
rum admiratione absoluisset, ap-
plicuit ingenium acutissimum
memoriamque tenacissimam ad
varias & peregrinas linguas
per discendas. Cum igitur anno-
rum 30. esset, cœpit per totum
feremundum peregrinari more
antiquorū Philosophorum: cum-
que in Arabia, Aegypto & India
orientali diutius substitisset, na-
turali-

turalium rerum scientiam plenissimè acquisiuit, & occultioris Philosophiae secreta ita indagauit, ut similem Europa non haberet. Tandem post annos 60. peregrinationis sua in Germaniam redijt, cum esset 90. annorum, sanus, incundus, Deo & hominibus gratus, ut videretur esse quasi unus ex antiquis Patriarchis. Contigit verò tunc temporis ut quidam adolescens, honestissimus dicitissimusque parentibus natus, post absolutum Philosophiae cursum sese conferret ad Chymicam artem exercendā. Audierat enim à Professoribus suis multa mira de Lapide Philosophorum, quem omnibus modis multisque sumptibus adipisci cupiebat. Ceterum cum decennijs

A 6 spacio

spacio aliquot millia dalerorum
 absque ullo fructu expendisset,
 totumque patrimonium suum
 decoxisset, incidit in Parentum
 indignationem, & in contem-
 ptum omnium Cognatorū. Hoc
 illum ita contristauit, ut clancu-
 lum aufugere cogitaret, eligens
 pauperem vitam ducere, quam
 inter suos pro ludibrio haberi.
 Sed nutu Diuino accidit, ut ad
 quandam peruererit Vrbem, in
 qua reperit prædictum Danie-
 lem, cui cum vita letatum infeli-
 cem exposuisset, ille consolatus
 est desolatum, & in suam domū
 curamque suscepit, & annis 20.
 filij instar humanissime suauissi-
 meque tractauit, instituit, & ad
 maximam felicitatem perdu-
 xit. Hoc temporis interuallo I o-
 achi-

achimus (sic enim vocabatur) à Daniele præstantissimarum rerum scientiam est consecutus, & in virum celebrem evasit. Daniel autem cum 110 annorum esset, placide in Domino obdormiuit, & à discipulo (seu potius filio adoptiuo) honorificentissime sepultus est. I oachimus igitur memor tantorum beneficiorum quæ à Deo per Danilem accep-
rat, noluit ea silentio inuoluere, sed calamo breuiter compræhen-
sus est: tum ne Deo ingratus in-
ueniretur, tum ut inde utilitas ad posteros transiret, tum deni-
que ut Danilis memoria celebris
in posteritate permaneret.

Hæc cum per bonos amicos
peruenissent ad manus meas,
curaui eadem describi, & ad
Typo-

Typographicas officinas transmitti: ad communem proximorum projectum, ex Christiana charitate, quæ se prosua natura in alios diffundit. Ut autem omnia legitimè fierent per idoneum virum petij censuram Theologorum, præsertim ordinarij Censoris, cuius est libros approbare: ut hoc pacto seruaretur decretum S. Concilij Tridentini. Ideoque Lector Catholicus hac in parte securus erit. Quod ad me attinet, quis sim & ubi habitem, non est necesse indicare; id tantummodo precor & opto, ut quisquis aliquem fructū hinc perceperit, mei memor sit in orationibus suis. Ut pariter saluemur. Tractatus triplex erat, & titulum generalem hunc habebat;

GALE-

GALERAZEYA.
Sive

REVELATOR SE-
CRETORVM.

- 1. De Lapide Philosophorum.
- 2. De Arabico Elyzir.
- 3. De Auro potabili & de pomis
Paradisi.

Authore,

Agricola Philopistio Germano.

Partium singularum medulla
talis est.

*In 1. parte Author tractat
de mystico Lapide Philosopho-
rum, sine quo Alchymisticus
non poterit unquam obtineri, ut
ille sancte affirmat. Est au-
tem cognitio veritatis, seu Fi-
des vera & orthodoxa.*

*In 2. parte exponit Arabi-
cum Elyzir, seu Alchymisticum*



& occultum dogma pro ipsissimo
lapide inueniendo; & haec pars
indigitatur χειρολόγος τῶν οὐρανοῦ.
id est, Lapis aureus sapientum.

In 3. Parte sublimius volat
supra communem captum, inue-
stigans aurea poma Paradisi, in
quibus tandem syncerus Philosophus
inuenit inestimabiles di-
uitias & incomparabilem the-
saurum: qui est fructus optatissi-
mus occultioris Philosophia, &
omnium sumptuum atque labo-
rum felicissima merces.

Ante singulas partes pre-
cedit unum Colloquium inter
Danielem & Ioachimum. Sunt
igitur tria Colloquia, quorum
primum nescio quo casu omis-
sum est in prima editione prima
partis, quod nunc in secunda
editio.

editione ponitur loco & ordine
suo. Similiter accessit Problema-
ticus Index prima partis, ad in-
geniosum Lectorem tum infor-
mandum tum excitandum, qua-
tenus sese alacriter accingat ad
iter pro Lapide Philosophico in-
quirendo, inneniendo, compa-
rando, sagaciter, feliciter, libera-
liter, donec perueniat ad gustum
pomorum aureorum, & ad i-
psas delicias Paradisi. A-
men, id est, fiat.

* *

COLLO-



COLLOQUIVM I.

IOACHIMVS. Salue vir Clarissime; veniens peregrinus ad hanc urbem, & audiens multa de tua Humanitate, audaciam sumpsi te adeundi, ac tecum nonnulla conferendi.

DANIEL. Audacia tua tibi cedat ad æternam salutē. Quicquid enim à me petieris, obtinebis: si modo fuerit in mea potestate. qua propter gaudium sit tibi semper.

IOACHIM. Quodnam mihi gaudium esse poterit, ò Vir humanissime, in tantis calamitatibus meis? & ad has quidem culpā meā deuolutus sum, sed meā industriā inde me non possum extricare.

DAN. Expone mihi confidenter, quicquid te premit: & ego tibi solatium, consilium & auxiliū opportunum dabo, ex gratia illius qui

qui & me & te redemit preciosissimo sanguine suo.

IOACHIMVS. Ego, Vir optimus, ex honestissima parentela familiaque oriundus, contra omnium cognatorum voluntatem applicui me ad distillatoriam artem, cupiens ac sperans inuenire Lapidem Philosophorum, (de quo admiranda legeram audieramque) atque ex illo reperto expensas omnes decies imò centies recuperare; sed longè aliter cecidit sors. Ego enim post opulentissimam hæreditatis meæ partem inutiliter consumptam incidi in miseras verissimè deplorandas. Nam Cognati quidem me arguere cæperunt ac detestari, quod toti familiæ opprobrio esset: ego autem confusione meam non potens sustinere aufugi, & hanc in urbem deueni ab omnibus subsidijs destitutus, & quid tandem restat, nisi præcipi-

cipitum desperationis? Cum porro multa mihi narrarentur de tua benignitate, non erubui te adire, partim necessitate, partim quodam interiori instinctu impulsus. Rogo igitur te, ut non finas me barathro desperationis absorberi, sed manum porrige in hoc naufragio miseriarum periclitanti. Deus erit merces tua.

DANIEL. Non dubites, Chassisime, quin sanctus Angelus (a Deo tibi custos assignatus) te duxerit ad hanc urbem, & consequenter ad me Ego equevidem ex amore Christi Domini & Saluatoris nostri clementissimi te suscipiam in curam & protectionem meam, et risque mihi famulus domesticus: & si te fidelem probumque reperero, post aliquot annos declarabo te filium adoptuum ac heredem omnium honorum, & tunc etiam Lapidem philosophicum tibi manifestabo.

Io A.C.

IOACH. O quid audio! ô quid video! ô quid sentio! Tria enim mihi nunc contingunt, quæ per omnem vitam meā nunquam fui expertus. Primo equidem verba tua mirabiliter dulcescunt in spiritu meo; deinde autem video faciem tuam veluti faciem Angeli, & sicuti stellam matutinam; tum deniq; cor meum ita in pectore dilatatur, ita subsilit & iocundatur: ut nesciā quid agam, & quo me vertam; & ecce lachrymæ horum omnium testes vberim profluunt ex oculis meis, ut eas nequeam impedire. O felix annus! ô beata dies! ô misericordia Dei ineffabilis! ô gratiæ abundantia! ô quid agam!

DANIEL. Vade, Charissime, ad cubiculum illud vicinum, & ibi lachrymis indulge vsque ad faciem; hoc enim erit tibi utile & salutare, quemadmodū postea explicabo. Ego interim precibus vacabo

cabo, & pro te D E V M Opt. Max.
orabo, vt omnia tua misericordi-
ter disponat ad tuam salutem.

Io A c. Reuertor ad te, Vir pluri-
mum honorande, tu me suscipe, tu
me instrue, tu mecum dispone se-
cundum placitum tuum. Iam enim
integra horâ, vt arbitror, fletibus
indulsi, ita vt exsiccatus videatur
fons lachrymarum. Ego autem lu-
bens agnosco, quod plus consola-
tionis acceperim in domo tua tam
breui spacio, quam vñquam in o-
mni vita mea: plus scientiæ & lumi-
nis hac vnicâ horâ influxit in ani-
mam meâ, quam ego possim ex-
plicare. Sentiens igitur te virum
Dei esse, obsecro te vt exponas fer-
uo tuo, quid velint sibi hęc mirabi-
lia, sunt enim omnino supra captū
meum, & supra ingenij tenuitatē.

D A N. Veni charissime & aceūbe,
sumens cum gratiarum actione ei-
bum, quem tubi curauipræparari,
Indi-

Indigens enim es huius nutrimenti propter lachrymas copiosus effusas : ut cerebrum denuo humectetur, foueatur , & confortetur. Interea dum tu cibo reficeris, ego tibi incognita explicabo. I. Quod verba mea dulcedinem crearint in tuo spiritu, hoc Dei gratia effecit; vt nempe post longas tristitias reciperes optatam consolationem. II. Quod faciem meam vidisti resplendere instar stellæ , in hoc Deus tibi significauit, quod ex me admirabilem sapientiæ lucem sis accepturus. III. Quod cor in pectore saltitauit, hoc partim fit ex causa naturali partim ex spirituali. Quod autem natura in lachrymas se transfuderit, hoc tibi pro corpore & anima simul salutare fuit. Sic enim durissima glacies concepti mœroris fuit resoluta; sic etiam anima tua mirum in modum fuit purgata. Ideoque & ego lubens acquieci.

eui, vt lachrymis per horam indu
geres. Cæterum omnia hæc assci
bes Diuinæ gratiæ, & mihi horum
nihil Ego equidem quid sum au
possum ex me ipso, nisi Deus pe
tome tanquam instrumentum suum
operetur? Tu interim & annum 8
diem hunc annotabis inter præci
pua memorialia Diuinorum be
neficiorum: quod utile tibi erit in
exercitijs spiritualibus, quæ su
tempore tibi traditurus sum. Inte
rim expone mihi quem modum
seruaueris in distillationibus tuis,
vt cognoscam an bonum an ma
lum tenueris processum.

Ioach. Ego, colendissime Me
cenas, ante omnia coëmi libros ac
scriptores, qui de Chymicis rebus,
de Alchymia, de Lapide philoso
phico, de que auro potabili tracta
runt; deinde illos peruvolum diligenter,
& contuli ad inuicem: & quo
rum methodus mihi magis arride
bat,

ndu
assci
orur
n au
s pe
suun
im 8
ræci
be
rit i
suc
Inte
dun
tuis
ma
Me
s ac
ous,
oso
sta
en
uo
de
pat,

bat, eos secutus fui; sed, ut antea
conquestus sum, infelictem exitum
sum sortitus.

DAN. Tu fecisti cum illis scri-
toribus, quemadmodum hæreti-
ci facere solent cum Biblijs sacra-
missimis ac ter honorandis. Nam &
magister tibi defuit & intellectus.
Nulla equidem ars discitur absque
magistro, & quælibet ars habet
uos terminos, suam regulam, suas
phrases. Et sicuti S. Scriptura aliud
onat in litera, aliud regit in sensu:
ta plerumq; huius Hermeticae ar-
is scriptores Hieroglyphico mo-
lo procedunt id est ænigmaticè &
obscure loquuntur propter indi-
nos. Sed audiamus materiam ex
ua conficere voluisti Chrysoli-
num nostrum.

IOACHIMVS. Primo accepi aur-
um Hungaricum, deinde apposui
argentum Hispanicum, postremò
ddidi Mercuriū Alchymisticum.

B

Cum

Tum hæc non succederent, accessi de
oua, capillos & sanguinem : lux re
Auicennæ doctrinam.

DAN. Toto cælo aberrasti, quæ gno
verborum significationem non iu
tellexisti. Verum hæc alio tempore
ex me cognosces. Nunc edici
mihi, quæ fundamentaliter requiri
tantur in hac arte tam rara & tæ
secretæ.

IOAC. Quantum ego quidem ardui
dici. 1. Mortificatio. 2. Sublimatio
3. Distillatio. 4. Solutio. 5. Conge
tatio. 6. Fixio. 7. Calculatio. 8. Rub
ficiatio. Ista octo vocantur clavis holi
quibusdam.

DAN. Ego de one quærebatur
& tu de lupo respondisti. Audi cun
tur ex me septem quæ requirant Acad
1. Catholica & orthodoxa Fidei.
2. Honesta vita & bona conscientia.
3. Cognitio regionis, in qua
tu optimum inuenitur. 4. Via clicitu
ra, quæ illuc perducat, & comigi
sideri.

acces^s deles 5. Expertus Interpres, qui
lux regionem & viam sciat, gentis

quoque linguam & mores non
i, quⁱgnoret. 6. Sumptus sufficientes
non ium ad iter conficiendum, tum ad
mpolurum emendum. 7. Inuocatio
edic Diuini fauoris, sine quo omnia in-
requiniter tentantur. Quæro igitur ex
& tæ, an huiuscemodi conditiones

seu qualitates habueris, quando iā
em arduum negotiū aggressus es: aut
natiū aliquid horum tibi defuerit?
nge responde ad singula articulatim.

Rub IOACH. I. An fides mea sit Ca-
laue holica, dubitare possum: quia or-
tus sum ac educatus inter Luthe-
rebatanos, qui Catholicis contradic-
tiuncunt. 2. Operam literis dedi in tali
ant Academia, vbi studiosi Bacchico

Fioriore viuunt, inter quos virtutis &
nsci conscientiæ parua cura habetur.
qua 3. De regione aurifera non fui sol-
ia clicitus, neque de illa quicquam le-
omigi: quia Hungaricum aurum pro-
si de

B. 2. opti-

optimo reputaui. 4. Consequen
est, vt de via non interrogarim.
Neque de Interprete experto.
Sumptus in principio habuissem
qui nunc planè decocti sunt.
Preces, prô dolor, ad D E V M in ho
negotio nullas effudi, sed contra
rium feci: quando nunc mihi, nun
materiæ, nunc instrumentis iratu
quotidianas criminaciones & m
las imprecations usurpauit.

D A N . Ex hisce cognosco, te fu
isse in malo statu, & indignum ta
to thesauro. Tu autem agnosce
lauda misericordiam Dei, qui te
diuitijs ad paupertatē deuoluti pe
misit atque ex paupertate perdu
it ad bonum Magistrum, qui te
rigat ad feliciorem viam & statu
nno. Quid enim tibi profuisset aurum
vel argentum, si ab æterna beatitu
dine fuisses exclusus? Veruntame
ut ordinem doctrinæ obseruem
scire te oportet, quod duplex

Lap

Lapis philosophorum, 1. est mysticus, 2. est alchymisticus ut ex posteri fructum capiamus, necesse est et prior antecedat. De quibus annis equam vltierius loquar, indica mihi patriam tuam certas ob causas.

IOACHIM. Ego Magdeburgi in Saxoniâ ex Patricijs ortus sum, vbi parentes omnesque cognati mei idmodum conspicui ac celebres habentur; Cum essem 15. annorum nissus sum Vvittenbergam, vbi innis quinq; operam literis (quintam poculis) nauauit, & tandem Magister LL. AA. pronunciatus transij ex propria electione ad ditillatoriam artem, in eadem perseverans decennio: & iam 30. sum annorum, ad coniugium aptus, nisi iæreditas consumpta esset. Ex his cognoscere poteris, non tantum patriam, sed etiam totam viam meam: quam eo syncerius & confidentius volui tibi exponere,

B; quod

quod tu hodie factus sis vnicu
refugium & solatium meum. Se
ecce iterum commouentur visce
mea, & vbertim lachrymæ em
nant, quas non possum contine
dum recordor Parentum me
rum: qui absque dubio tristant
& plorant, quia clanculum ex p
tria aufugi.

DANIEL. Surgamus, fili
& hortum amænissimum per
strémus, quem floribus ac herib
quin etiam arboribus ratis ex
haricuraui. Sat enim vno die pl
ratum est. Ut autem inter nos
cætero dulcis amicitia coalesc
ego te vocabo filium, tu me patr
nominabis. Sunt enim hæc non
na amoris & consolationis. Et ec
ego hoc osculo & amplexu te i
rum iterum quod in filium charissi
accepto. Sis igitur bono animo
noli amplius flere propter pare
tes tuos. Ut autem plus gaudij

nici
 n. Se
 visce
 em
 tiner
 me
 stant
 ex p
 fili
 per
 herb
 s exc
 ie pl
 nos
 lesco
 patr
 non
 Et ec
 i te i
 rissi
 mo
 par
 idij
 pi
 pias , ego breuiter tibi exponam
 quoque totius vitæ meæ cursum.
 In Germania ortus fui ex Catho-
 licissimis ac zelosissimis parenti-
 bus, qui maximam mei curam semi-
 per habuerunt, ut in bonis literis,
 in laudabili vita, in orthodoxa Fi-
 de bonum caperem profectum:
 ideoq; nec sumptibus pepercérunt,
 nec quicquam eorum neglexerunt
 quæ ad bonam pertinent educationem, in paedagogis & Magistris
 honestissimis doctissimisque assi-
 gnandis. Canonicatū insuper am-
 plissimum à Principe nostro mihi
 obtinuerunt sperantes me aliquā-
 do in Episcopali dignitate viatu-
 ros, eo quod Philosophus & The-
 ologus præstantissimus passim au-
 direm , & variarum linguarum
 cognitionem mihi comparassem.
 Cum igitur annorum 30. essem &
 mei juris , cæpi exteris regiones
 perlustrare; cumq; in Hispania

non nihil substituisse, incidi in A
 rabem quendam Christianum
 virum doctrinâ moribusque ex
 cellente; à quo cum plurima au
 diuisse de regionibus Orientis
 cum eodem in Africam nauigauit
 & inde in Ægyptum, mox in Syri
 am, Arabiam, Persiam, usque ad
 Indos ultra Gangem. Ita verò me
 oblectarunt regiones istae, ut 60
 annis manserim à patria & paren
 tibus omnino peregrinus. Putasne
 igitur, fili mi, saepius mihi memori
 am occurrisse optimorum paren
 tum meorum? Sed ego me fortiter
 yici, & illos Deo commendauit.
 Reuersus autem in Germaniam
 omnibus incognitus sum, quo ad
 locum natalem; in quo ego læto
 atque exulto. Thesauros tamen In
 dicos seu Orientales, quos mecum
 aduexi, lubens alijs cōmunicabo.

IOACH. Ista me plurimum con
 solantur, ter quaterque honorande

Pater

in A
num
e ex
a au
entis
gauj
Syri
e ac
o me
t 60
ren
rasne
mori
ren
tite
lauj
iam
o ad
etor
In
cum
bo.
con
nde
ater

Pater; Sic enim te ausus sum appellare ex tua iussione. Sed vnum me valde conturbat, quod ex dictis te aduerto valde grandæuum, utpote ad minus 90 annorum, non igitur diu poteris superuiuere, & ego post tuam mortem desolatus & pupillus relinquar.

DAN. Non te hoc affligat, fili mi,
Deus habet vitam meā in manib-
us suis. Ipse optimus ac clemen-
tissimus Dominus est omnium il-
lorū, qui illi fideliter deseruiunt &
adhærent. O si scires, quantis con-
solationibus me replete in hac æ-
tate mea, forsan elinguis & stu-
pidus hæreteres. Ipse mihi reuelauit re-
siduum annorum meorum; Ipse
quoq; mihi ostendit cursum vitæ
tuæ. Quapropter nihil timeas,
quia ad minus viginti annis te-
cum permanebo, & tunc in sene-
citate bona defungar; te interim
faciam hæredem omnium scien-

B s tiarum

etiarum ac diuitiarum mearum
 & insuper participem secretorum
 meorum. Ut autem scias, quem o-
 dinem sim obseruaturus in te eru-
 diendo, diligenter ausulta. Pri-
 mo anno instituam te in Catholicis
 Fide, ut repudiato Lutheranismus
 amplectaris ipsam veritatem: se-
 cundo anno disces controvuersia
 Fidei, ut aptus fias etiam ad alio
 conuertendos ab heresim ad fidem:
 tertio anno accipies Ethica præce-
 pta ad extirpandos habitus vitio-
 sos, & plantandos virtuosos: qua-
 to an. audias Medicinā, ac medul-
 lam Physicā Philosophiā: ut quea
 fungi officio Medici excellentis
 quinto anno hauries cognitionem
 linguæ Græcæ, tum ad scripta Me-
 dicorū melius intelligenda, tum ad
 schismaticos refutandos quorum
 magna copia est in Oriente: sexto
 anno accinges te ad Hebraicam
 inguam, ex qua profluit ingens
 fructus

fructus ad intellectum S. Scriptu-
 ræ, præsertim veteris Testamenti,
 tum ad Iudeos tum ad hæreticos
 erudiendos aut conuincendos:
 septimo anno docebo te Arabi-
 cam linguam, cuius cognitio pro-
 derit per omnes regiones orienta-
 les. Neque tamen opineris, quasi
 semper libris inhæsus sis; nullo
 modo; sed pulcherrimam habebis
 toto die variationem, iuxta præ-
 scriptum meum. 1. certum tempus
 erit orandi ac meditandi, quod
 ego determinabo, 2. fixum spaci-
 um legendi & scribendi, quod si-
 militer designabo. 3. statæ horæ ad
 laborandum in distillatorio meo
 seu officinâ. 4. horæ etiam deputa-
 tæ pro honesta recreatione & in-
 ambulatione, præsertim in horto
 meo. Interdum ibis tecum ad sa-
 cra loca visitanda, ad pauperes ac
 infirmos in Xenodochio consol-
 andos, seu ad alia opera pietatis

B 6 Chri-

Christianæ exercenda. Ut nihil dicam de corporis curâ circa refectiōnem & somnum. Cum primam hebdomadam annorum ita absoluēris, per integrum septennium lustrabis mecum Orientales regiones, in quibus multa mirabilia videbis & addisces. Tunc tandem reuertemur ditiōres in Germaniam, & in tertiat hebdomade annorum reuelabo tibi secreta secretorum. Tunc euades ubique celebris & gloriōsus, & post meam mortem peruenies ad honorabilem senectutem, in qua placidus obdormisces, transmigrabitque anima tua ad gaudia vitæ æternæ.

- Io A C. O pater mihi, pater mihi, ecce ego viribus destituor & cado; adiuua me, obsecro, ne moriar in hoc loco. Tanta enim compunctione exurgit in corde meo, tale lumen mihi affulget, ut ego non valeam sustinere.

DAN.

DAN. Da mihi manum fili, & veni ad cubiculum meum, paululumque te colloca super lectulum meum, & suauiter obdormi, donec ultra expergiscaris. tunc reuertere ad me.

IOACH. Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Hucusque mortuum me arbitrabor, & reuixisse. Ceterum quid ego retribuam Domino Deo meo pro omnibus miserationibus illius? Da mihi obsecro, Pater admodum colende, librum precarium, ex quo recitem laudes Diuinæ Bonitati: aut tu potius pro me indigno peccatore id muneris recipe in tuam personā; quia ego vilissimum canem me agnoscō, cuius impura labia non mereantur nomen Dei pronunciare.

DAN. Multum profecisti, fili mi, multum omnino ideoque videntur spiritus tuus in somno illustra-

Iustratus. Cognoscere enim sua obie
vilitatem, & è contra Diuinam po
Maiestatē, id magnæ sapientiæ es
Sed ad nostrum Philosophicū
Lapidem reuertamur, quem di
plicem esse pronunciaui de priori
nunc agamus, id est, de mystico qui
quem interpretor cognitionem ver
tatis, seu Fidei Catholicam. Ha
enim duo vocabula vnum eun
demque sensum habent.

IOACH. Quid est Veritas? dis
DAN. Idem olim Pilatus qua fon
suit à Christo, qui nullum illi re tati
sponsum legitur dedit. Potera Te
enim dicere, Ioannis 14. Ego sun
via, veritas & vita Si tamen Philo Ter
sophicam definitionem postulas us,
dabo ex Aristotele libro 2. Me est i
taphysic. Veritas est adæquatio ai
intellectum, vel ut alij describunt das
Veritas est conformitas rei ad sua prin
cipia, siue ut quidam elucidant, Ve
ritas est conformitas rei intellectæ cum pot
obiecto

suam obiecto. Cicero in lib Rhetor. talem
 ponit definitione: *Veritas est per quam
 immutata dicuntur ea quae sunt, quae fu-
 erunt aut futura sunt.* Sed Christia-
 num Philosophum potius audia-
 amus; is est S. Gregorius Nyssenus,
 qui in vita Moysis ita scribit: *Veri-
 tas est firma cognitio eius quod vere sub-
 sistit, falsitas est phantasti a apprehensio
 eius quod non subsistit.* Notandum ve-
 rò est, quod veritas diuersis mo-
 dis dicatur; id est *Veritas Diuina,*
 fons & origo regulaq; omnis veri-
 tatis. 2. est *Veritas reuelata in veteri
 Testamento,* sub varijs figuris con-
 tecta. 3. est *Veritas reuelata in nouo
 Testamento* clarius & manifesti-
 us, absque huiuscemodi figuris. 4.
 est *Veritas animæ rationali cælitus
 infusa ad res Diuinæ cognoscen-
 das.* 5. est *Veritas etiam virtus mora-
 lis,* de qua hoc loco nihil dicam. Si-
 cuti igitur in veritate Diuinâ nulla
 potest esse falsitas, ita etiam in sa-
 cris

cris Scripturis falsitas inesse nobiscum
 potest, cum veluti radij quidam & pa-
 prima & æterna luce descendant & su-
 quamuis homines cæci & obtendixerit
 brati falsitatem aut contradictionem
 nem sibi imaginentur. Similiter omnia
 Ecclesia Catholica doceri non posse
 test falsitas aliqua, duplēcēt & Ie-
 causam: 1. quod sit Schola veritatis atque
 2. quod habeat Magistrum & cim
 ritatis, id est, Spiritum sanctum ligatum
 Christo promissum. Securi sumus ergo
 igitur ab omni errore, qui Ecclesiasticos
 doctrinam sequuntur. Hæc sit tamen nec
 basis totius fidei, in qua firmiter & ihni
 immobiliter consistas. Sed S. Scripturæ
 authoritate hæc confirmemus. 1. ex S. Paul. 1. Tim. 3. Ut scias
 quomodo te oporteat in domo Dei conser-
 fari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columnæ
 & firmamentum veritatis. 2. ex promili-
 sis D. N. IESV Christi infallibili-
 bus, Io. 14. Ego rogabo Patrem, & alii
 Paracletum dabit vobis, ut maneat vo-
 bis

ē nobiscum in ēternum, Spiritum veritatis;
 idam & paulo post; Ille vos docebit omnia,
 quādā & suggesteret vobis omnia, quācumque
 potendixero vobis. & cap. 15. cum autem ve-
 dictio nō erit ille Spiritus veritatis, docebit vos
 ēteriōnēm veritatem. Intellexisti hāc
 p̄ Ioachime fili mi?

Ioachim vs. Intellexi pater;
 erit atque utinam ante annos quinde-
 m v̄cim hāc audiuissim maturius Re-
 rum ligionis causam considerassem. E-
 surgo hucusque persuasus fui, Catho-
 cles dicos non intelligere S. Scripturam
 nec allegare, sed falsis conceptibus
 ihniti. Iam vero, vt video, longē ali-
 ter se res habet. Cæterūm quia di-
 xisti de Veritate, dic mihi etiā alī-
 quid de Lapide, sicuti promisisti.

DAN. Adhuc in mystico lapide
 versamur, de quo pauca dicam. In
 sacris Scripturis Lapis varias habet
 significations; & quia S. Scriptura
 est symbolica & ænigmatica, idcir-
 co plerumq; per similitudines pro-
 cedit

cedit. I. Christus dicitur Lapis
gularis, Lapis offensionis, Lapis
monte abscessus. II. Apostoli du
decim lapides preciosi vocant
& Ecclesiæ fundamentum, qua
uis Christus ipse principale fund
mentum à S. Paulo vocetur. III.
Petrus Princeps Apostolorum ab
pso Christo Domino nomen illi
accepit, quod saxum significat
Petram: prius enim Simon vocab
tur, & postea Petrus, sive conin
ctum Simon Petrus. De hac per
audi Christum ita ordinantem,
promittentem: Tu es Petrus, &
per hanc Petram adfiscabo Ecclesiu
meam: & porta inferi non praeualebit
aduersuseam. Habent aurifabri
pidem, ad quem veluti certifi
mam probam examinant aurum
is alio nomine vocatur coticula, v
Index aut Heraclitus, aut Lydius, apu
Græcos Σαρξ. & appellatur, qui
si Explorator; Ita Christiani haber
Cat

Cathedram siue doctrinā S Petri,
 id est, quamcumq; Fidei opinionē,
 quamcumq; Religionis formam
 examinant ad Ecclesiæ Romanæ
 determinationē. Ita fecerunt Ma-
 iores nostri ad hunc vsque diem,
S Ireneus Episcopus & Martyr,
S Hieronymus Presbyter & Doctor.
S Augustinus Episcopus & Doctor,
Optatus Episcop Mileuitanus &c.

LOACH. Forsan ad hunc sco-
 pum retorqueri posset illud Zach.
^{3. super lipidem unum septem oculi sunt.}
 Agit enim Propheta de Iesuah
 Pontifice Iudeorum, qui non tan-
 tum Saluatoris nostri gessit figu-
 ram, sed etiam Pontificis Romani.

DAN. Recte mones nam ita
 hunc locum exponit *S. Petrus Da-*
mianus lib. secundo ep. 2. Quin-
 etiam si velimus sagaciter inda-
 gare totius vaticinij filum, agit de
 duobus Principibus Iudaice Reip.
Iesuah & Zorobabele, qui Tem-
plum

plum Hierosolymitanum restarunt. Romanæ autem Ecclesiæ Fundatores sunt SS. Petrus & Paulus , de quibus in cantu publico canitur: *Hi sunt duo oiuæ in conspectu Domini stantes.* &c. oculi autem explicari poterunt aut de Christo Domino , propter 7. sigilla, quæ Agnus referauit, *Apocal.* 8. aut de Ecclesia, propter 7. Ecclesiæ Cardiniales, quæ in 7. stellis sunt designatae, *Apocal.* 1.

I O A C H I M V S. Semper anhelat ad ipsum lapidem alchymisticum propter quem tot expensas feci: quo modo illum discere possem & adipisci, valde siquidc eius me tolleret memoria ob latentem causam.

D A N. Plenissimam illius à me accipies cognitionem in tempore opportuno, nunc de mystico prius agendum est, sine quo quid alter professet ad salutem? Recordar quæ prius dixi de 7. conditionibus requiri.

se quis sit in eo, qui cupit hunc la-
 pidem sibi comparare: ubi mentio-
 facta est bona conscientia, id est,
 interna puritatis, sub qua etiam
 comprehendo simplicem intenti-
 onem. Dic ergo, quid tam vehe-
 menter teurgeat ad Lapidis alchy-
 mistici cognitionem & adeptio-
 nem? an quod velis te ipsum auro
 vel argento onerare ac sepelire? an
 ut Principes mundi facias ditiores
 id est, ad tyrannidem potentiores
 & ad iniqua noxiaque bella para-
 tiores? Tali intentione ego nun-
 quam hunc Lapidem desiderau-
 aut quæsiui, non ignorans aurum
 esse multis materiam multorum
 peccatorum, & occasionem æter-
 nae damnationis. Fides autem Ca-
 tholica, & honesta vita, sunt nobis
 necessaria ad salutem. Hinc ait
 Christus D.N. veritas æterna & in-
 carnata: Quærite primum regnum Dei,
 & haec omnia adycentur vobis: nempe
 quæ

quia ad vita temporalis sustentatur quia
onem spectant. Insuper quaero, nonne
horum aliquid tibi desit in domi
mea sub patrocinio paterno? cho

Ioach. Ignosce mihi, Pater & om
lendissime, quod imprudenter loote
citus fuitim; & ora pro me, quo Mai
vir sanctus es. Perge porro me in
stituere in Catholica Fide, ut illa con
pleni cognoscam.

DANIEL. Si naturam & veritatem Con
argumentationis meae intellexi, quo
habes Fidei Catholicae fundamen
tum. Tota enim questio versatur
internos de Christo & Ecclesia, lam
de Christo quidem consentis in Eccle
cum, à quo dicimus Christianarum
de Ecclesia autem dubitas ut inmiss
tur à dubio omniberis, dicitur
Ecclesiam veram esse scholam Vdidi
ritatis, à Christo fundatam à Spiritu
sancto edoctam. Sed ut Dicitur
lecticē inter nos agamus, tale & v
formosyllogisnum; Schola aliqu

entia qua docetur semper & ubi-
 ero, ne infallibilis veritas, non potest
 domittare circa doctrinam; sed talis
 o? chola est Ecclesia Catholica siue
 ter Romana; Ergo haec Ecclesia non
 potest errare circa doctrinam.
 e, quMaior propositio patet ex lu-
 me mine rationis naturalis. Minor
 tilla confirmatur ex verbis & promis-
 is Christi, qui est ipsa Veritas.
 & vConclusio igitur non potest rej-
 llexi*ci*, quia syllogismus est in bonafor-
 dam obserua interim, quod in Ma-
 ersatori propositione addidi particu-
 la. *semper* ne putas cum impijs,
 is in Ecclesiā aliquando errasse aut er-
 istia rare posse: id enim excludit pro-
 vt missio Christi, cum ait: *Spiritus ve-*
 , d*nitaris manebit vobis cum in aeternū ad-*
 m*vdidi etiam ubique, ut vox Catholica*
 à S*ignificantius includeretur. Catho-*
 l*icū enim est, quod est vniuersale,*
 tale & ubique addidi præterea *circa do-*
 alia grinam, quia in vita & moribus
 possent

possent Doctores ac Episcopi et dis
repræhensibiles forsan, sed h[ab]et ria,
veritati & doctrinæ non præiu[er]t qua
cabit. Ita præmonuit nos Verita[ti] rita
psa : super cathedram Moysis sedem pa[re]t
scriba & i[n] harisai; omnia ergo quac[un]q[ue]
que dixerint vobis, seruate & facite: am
cundum opera verò eorum nolite fa[ct]u[re]
dicunt enim & non faciunt.

IOACH. Optimum mod[us] tur
procedendi habes Pater, qui vert
se[m]el credidero Ecclesiam C[athol]icam esse scholam veritatis, qua
mnia dubia eu[er]nentur; vbi ensta[bi]l[er]e
omnia vera docentur, ibi nulla inducatur
picio remanebit alicuius falsitas tribu[re].

DAN. Recte affimas fili. N[on] quod
si quis agricola arborem sylue[re]runt
infructiferam ac sterilem amputare
vellet: stulte omnino facere! usal[er]e
ramos singulos amputares, cu[m] spiritu
posset unico iectu circa radicem
hoc præstare. Ita etiam quidam eccl[esi]a
faciunt cum ha[er]eticis agendo em I[ude]m
dispe[nd]i.

opie
 ed h
 rxiu
 erita
 seden
 quatu
 cite:
 e fia
 mod
 qui
 atis
 i en
 . Nquoque
 am
 dispu

disputando circa dubia particula-
 ria, cum præstaret ijsdem in vnicō
 quasi speculo radiantem totius ve-
 ritatis scholam exhibere, & hoc
 paecto præscindere cunctos erro-
 res. Ut autem ego assertionem me-
 am magis confirmeim, audiamus
 quid D^evs pronunciet per Zacha-
 riam Prophetam cap. 8. v. 3. vocabi-
 tur Ierusalem ciuitas Veritatis. Quæ
 verba non debent nec possunt in-
 telligi de metropoli Iudæorum,
 quam Zorobabel ac Neëmias re-
 staurarunt. Nam in ea nati sunt Sa-
 lla ducae hæretici, qui pessimis erro-
 ribus fuerunt imbuti; candem
 Romani penitus destru-
 erunt, & nunc occupant illam
 impurissimi Turci. Alia igitur Ie-
 rusalem quærenda erit mystica ac
 spiritualis, quæ per veterem Ieru-
 alem fuit præfigurata. Hæc est
 Ecclesia Catholica, quæ in Ierusa-
 lem Iudæorum cœpit initium, &
 C inde

inde propagata est per vniuersum
orbem terrarum. Hæc suam me-
tropolim posuit Romæ in Italia
vbi S. Petrus cathedralm suam col-
locauit, in qua successores illius in
hodiernum diem sedent, ac Ec-
clesiam vniuersam in terra guber-
nant, tanquam legitimi Vicarii
Saluatoris nostri IESU CHRISTI.

IOACH. Quæro Pater, quid in
hi cum meis dubijs sit agendum
an debeam ea penitus suffocan-
an potius particulariter tibi pro-
ponere: ut pro tua sapientia de-
soluas, mihique eorum ostendam
falsitatem, & pro ijs infundam
men veritatis.

DANIEL. Audisti fili, quod in-
tegrum annum tibi præscripsi-
pro Catechesi. Annus autem habet
ultra 50. septimanas. Singulis igitur
septimanis vnicum dubium
mihi propones, & ego sufficien-
tem dabo tibi resolutionem. Ne-

qu

que arbitror te tot dubia circa Fi-
dem habere. Non debes quic-
quam subticere, sed omnia candi-
dè & confidenter exponere , ne
quid interius remaneat veneni.
Volo enim te facere virum soli-
dum & ex omni parte perfectum
in catholica Religione. Ab hac
perfectione quidam impediuntur,
1. Quia tempus sufficiens ijs non
datur ad dubiorum propositio-
nem ac resolutionem. 2. Quia mo-
odus debitus non obseruatur, quan-
do vnico die omnia effutiuntur
sine ordine, sine decore: ex quo a-
nimus plus obtenebratur quam il-
lustretur. Nos autem fili vitabimus
hanc festinationem & agendi con-
fusionem: & agemus inter nos pla-
cidè, longanimiter, rationabiliter,
syncerè. Hac vice vnicam tibi dabo
sententiam, quam scribes in super-
liminari cubiculi tui. quod tibi as-
signabo. Est autem talis.

CREDO VNAM, SANCTAM,
CATHOLICAM ET APOSTO-
LICAM ECCLESIAM.

Hæcerit initium & basis cateche-
ticæ nostræ disputationis. Han-
nulus Lutherorum ausus erit
reijcere aut refutare: quia depro-
pta est ex symbolo Apostolico, &
Concilio 1. Niceno. Vtrumque au-
tem Lutherani inter fundamen-
ta dogmatum suorum reposueret.
Nam symbolum Apostolorum ha-
bent in suo Catechismo, symbo-
lum vero Nicenum singulis diebus
Dominicis cantant in publico
conuentu ac templo, ijsdem verbi
Latinis, quibus Catholici cantant
solent. Addo, quod in Confessione
Augustana artic. 1. mox appellant
ad Concilium Nicenum, veluti a
suæ doctrinæ fundamentum; &
artic. 7. de Ecclesia multum hono-
rificè loquuntur:

1. Quod sit vna.

2. Quo

2. Quod sit sancta.
 3. Quod sit perpetuò mansura.
 4. Allegant illud S. Pauli, *Vna Fides, Vnum Baptisma, Vnus Deus, &c.*
 quinetiam articulo 8. benè sentiunt nobiscum de Ecclesiæ ministris:
 1. Quod etiam à malis ministris liceat suscipere sacramenta.
 - 2. Confirmant hoc ex doctrina Christi, *Sedent scribæ & Pharisæi in cathedra Moysis, &c.*
 3. Damnant Donatistas & similes, qui contrarium docuerunt.
 Sed *Catholicam & Apostolicam Ecclesiam* non sunt ausi appellare; tanta maiestas in his vocibus delitescit, ut hunc radium & fulgorem oculi illorum non potuerint sustinere.
 Nos autem, Charissime fili, hæc nomina inter thesauros preciosissimos reponemus.
 · IOACH. Quid est causæ Pater,
 quod cum ab Apostolis in symbo-
 lo positum sit,

C 3

Credo

Credo Sanctam Ecclesiam Catholicaem:

Patres Concilij Niceni addiderint quædam dicentes:

Credo unam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.

DANIEL. Si ipsos 318. Patres simul congregatos alloqui possemus, & ab illis querere huius recausam: absque dubio respondebent, *Sic visum est Spiritui sancto nobis.* Nam idem Spiritus qui adfuit Apostolis in Concilio Hierosolymitano, adfuit etiam Catholicis Episcopis in Concilio Niceno; idem Spiritus, qui docuit Apostolos, dum symbolum Fidei fabricarent: docuit etiam Episcopos illorum successores in symbolo Niceno condendo. Audi adhuc; Ide Spiritus veritatis illustrauit Ecclesiam in S. Concilio Tridentino.

IOACH. Miror, quod Lutheri Catholicam vocem ita subfugerint.

DAN

DAN. Est in omnibus rebus
quædam occulta vis, ut aliae alias
non patiantur: & vocatur antipa-
thia; ita videtur D E V S omnium
hæreticorum certam notam nobis
reliquisse, dum illi ab hoc nomine
abhorrent, quod inter veros & fal-
sos Credentes distinguit. At origi-
nem huius nominis indagemus.
Primo Credentes sunt dicti *Disce-
puli*, Secundo, *Christiani*, Tertio *Catho-
lici*, & tunc maximè cum Aria-
ni ac hæretici inualuiscent. Nam
Catholici dicebantur ij qui Apo-
stolicam doctrinam retinebant, &
qui Romano Pontifici eiusque Ec-
clesiæ adhærebant. Id constat ex
S. Irenæo, *S. Cypriano*, *S. Hieronymo*
& *S. Augustino*. Perinde igitur fuit
Arianis, utrum Catholicos an Ro-
manos appellarent reliquos ve-
ræ Fidei Christianos: ut *Victor V-
ticensis* & *Gregorius Turonensis* testan-
tur. Audiamus sanctum Ambro-

C 4 sium

sium Episcopum Mediolanensem
 & orthodoxæ Ecclesiæ Doctorem
 qui de Satyro fratre suo ita scribit
*Aduocauit ad se Episcopum (nec vlla
 veram putauit nisi vera Fidei gratiam
 percunctatusque ex eo, vtrum cum Epi-
 scopis Catholicis, hoc est, cum Romanis
 Ecclesia conueniret. Quapropter ho-
 tempore nos minimè erubescemus,
 sed gloriari, cum à Luthe-
 ranis vocamur Pontificij siue Romani-
 stice. Id enim nostram designat vi-
 tustatem, originem, hæreditatem
 utpote qui filii simus antiquissimi
 rum & sanctissimorum Parentum.*
 Sunt tamen hoc tempore quida-
 tubdoli ac impudentes Lutheri-
 ni, qui se Catholicos appellant
 non erubescunt : Sed mox ut si
 crū nomen pronunciarunt, aut li-
 bia torquent, aut oculos vertunt
 aut risum emittunt, aut alia signa
 exhibent, ex quibus mentem illo-
 rum fraudulentam cognoscas. So-
 qmni

omnibus istis dissimulatis, si ego
quempiam illorum interrogaue-
ro, *Es tu Catholico-Romanus?* respon-
debit, *Non sum.* In tanto honore est
nomen Ecclesiæ Romanæ.

IOACH. Lutherani, inter quos
ego vixi, ita abhorrent ab Ecclesia
Romana, veluti à meretrice: & à
Pontifice, tanquā ab Antichristo.

DAN. Hoc ego non ignoro. Sed
talem horrorem & auersionem di-
abolus misit in cor Lutheri; Luthe-
rus autem conceptum venenum
euomuit in cathedris concionan-
do, in libris scribendo, in conui-
uijs & colloquijs fannas suas effu-
tiendo. Inde alij ministri seu Prædi-
cautij didicerunt, qui simili modo
rudem populum seducunt, & ab
amore ac veneratione Romanæ
Ecclesiæ & Pontificis auertunt.
Hinc est, quod Catholici tantum
laborem sustineant in Lutheranis
conuertendis: quia præconceptum

C 5 odium

odium difficulter ex animis expellitur, & consequenter obstaculum parit ad infundendam sanam doctrinam.

IOACH. Odium illud & auersum crevit ex concionibus ministrorum, qui semper ferè aliquid referrunt vel de tyrannide Pontificis Romani, de Cardinalium ac Episcoporum fastu & luxu, de Sacerdotum & Monachorum vitijs: similibus rebus, ex quibus auditores vehementer inflammantur, ranta replentur amaritudine, abhorreant vel agere vel loquuntur aliquo Catholicorum, imaginantes sibi illum quasi famulum Babylonicae meretricis & Antichristi.

DAN. Hæc cynica est causa, quo ego ex instituto elegerim tractare de Ecclesiæ Romanæ dignitate de qua Pontificis origine & successione, incipiens à S. Petro, super-

quem Ecclesia fuit fundata. Nam contraria contrariorum sunt medicamenta, ut sapientes affirmant. Hinc spero eueniet, vt Lutheranorum animi à suis suspicioseis conceptibus liberati ac expurgati oculos amabiles conuertant in Ecclesiæ orthodoxæ fulgorem & ornatum.

IOACH. Quid autem ego illis respondebo, qui quosdam mihi in Ecclesia obijciunt siue abusus siue defectus, vt illi vocant, siue malos moras vitamq; illaudabilem querundam qui Clerici appellantur?

DAN. Vetus hæc querela est omnium sæculorum, & manebit usq; ad mundi finem. Quia quam diu mundus stabit societas humana ex bonis & malis permixta erit, & zizania inter triticum crescent. Qui ex hisce scandalum voluerit pati, nullibi securus & tranquillus erit, habebitq; intra se vbiique suas

perturbationes, ex quibus agitur. Vir autem bonus & sapiens omnia ista dissimulat, Deoque committit: quamdiu sibi officium inspectionis ac emendationis non incumbit. Orat etiam pro omnibus, ut omnes saluifiantur: cogitat homines esse homines, id est, imperfectos & ad malum pronos, ad bonum vero pigros, plumbeos atropentes. Nihilominus nullus hinc iustam arripere potest causam, ut Ecclesiam Christi contemnatur aut derelinquit. Quod ut solidis rationibus confirmem, quodam tibi consideranda proponam.

1. Cogita, quod ante Christum D. N. salutarem aduentum nullus fuerit vera Religio in mundo praeterquam apud Hebreos, prorsim a tempore S. Abrahami Patriarchae.

2. Quod ceteri populi (si salutem adipisci voluissent) debuerint

ad

ad Hebræorum ritus transfire, & circumcisionem admittere pro remedio originalis peccati.

3. Quod à tempore Moysis etiam sacrificia & variæ purifications fuerint necessariæ pro peccatis actualibus emundandis, & alia legis precepta seruanda.

4. Quod nullus ex Iudeis potuisset tuta conscientiâ transfire ad alios ritus colendi D E V M , ob Sacerdotum aut Leuitarum culpabilem vitam.

5. Quod nullus ex Gentibus quoque fuisset excusatus, si ob virtutia quorundam Iudeorum contemnere voluisset Mosaycam legem aut circumcisionem; & idcirco in sua falsa religione permanere.

Nunc oculos vertamus ad Sacerdotes & Leuitas, breuiter recensendo non omnium sed aliquorum culpas.

I. Aaron primus Pontifex con-

C 7

fecit

fecit vitulum aureum , & popu-
lo occasionem dedit idololatriæ.
Exod. 32.

2. Filij eius Nadab & Abiu ob-
tulerunt ignem alienum , cum ta-
men contraria lex fuisset recente-
promulgata. *Leuit. 9.*

3. Aaron ipse (quamvis paulo
ante consecratus) murmurauit cō-
tra Moysen fratrem suum. *Num. 11.*

4. Core , Dathan & Abiron
orti ex stirpe Leuitica , murmura-
runt contra Aaron cognatū suum
ideoque à terra absorpti. *Num. 16.*

5. Tempore Iudicum quam fri-
gidi erant Leuitæ ? nam quispiam
illorum idolo seruiebat. *Iud. 18.*

6. Alius concubinam habuit,
quam libidinosis hominibus ex-
posuit vexandam, donec morere-
tur. *Iud. 19.*

7. Heli Pontifex quam tepidus
fuit? filij eius quam erant impij ac
impudentes? nam ante ostium Ta-

ber

bernaculi cum mulieribus concu-
buerunt. 1. Reg. 2.

8. Sub Iosaphato Rege pijissi-
mo maxima fuit vecordia Sacer-
dotum ac Leuitarum. 2. Paral. 17.

9. Sub Ezechia Rege zelosissi-
mo neglexerunt festi Paschalis
celebrationem. 2. Paral. 29.

10. Sub Iosia Rege iustissimo
tam rudes fuerunt, vt ab illo, id est,
a sæculari Principe debuerint re-
formari. 2 Paral. 34.

11. Sub Achaz Rege impijissi-
mo Vrias Sacerdos posuit idola in
Templo, & illud prophanauit. 4.
Reg. 16.

12. Post redditum ex Babylone
Esdras ac Neëmias multum labo-
ris habuerunt in Sacerdotibus ac
Leuitis corrigendis.

13. Manasses ex Sacerdotibus
oriundus schisma fecit, & schisma-
ticum Templum in Samaria erexit.
Joseph.

14. Vnus etiam Pontifex proprium fratrem in Templo trucidavit, indignantibus etiam Persis, Id

15. Sub Antiocho Epiphan Rege Syriæ multas impietates commiserunt pseudopontifices Iason Menelaus, & Lysimachus. 2 Math.

16. Eodem tempore quidam Sacerdotes ad Gentilium ritus transierunt, patriam legem contemnendo.

17. Onias Pontificis filius in Agyptum aufugit, Templum construxit, & nouū schisma fecit. Isaq.

18. Ex Machabæis Ioannes Hyrcanus Princeps & summus Sacerdos Iudæorum, factus est hæreticus Saducæus.

19. Aristobulus f. p. Saducæus erat & crudelissimus fraticida.

20. Alexander Iamnæus f. p. hæreticus fuit ac sæuissimus tyrannus.

21. Aristobulus f. p. fratri re bella-

bellavit ob ambitionem Pontificatus.

22. Antigonus ultimus Princeps ex Machabæis patrum Hyrcanum auribus truncavit.

DE REGIBVS IVDÆORVM.

1. De hisce compendium reliquit Ecclesiasticus cap. 49. dicens: *Præter David & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt; nam reliquerunt legem Altissimi Reges Iuda, & contempserunt timorem Dei.*

2. Reges decem Tribuum in Samaria schismatici fuerunt, & vitulos aureos ac Baal coluerunt ac adorauerunt.

DE PLEBE IVDÆORVM.

1. Sæpius murmurarunt sub Moysè in deserto.

2. Sub Iudicibus crebro in Idolatriam ceciderunt.

3. Sub Regibus non fuerunt meliores sacrificando in excelsis.

4. Post

4. Post redditum ex Babyloniebris statim illicita coniugia contraxe ergo runt.

5. Sub Græcis & Romanis dī vsq*simi*
dicerunt Gentium sacrilegos ritus infir-

*Qui plura voluerit, legat Pro
phetas in vitia illorum declamantes.
Et tamen vt dixi, & iterum di
co, non erat alia tunc Religio ver
in orbe terrarum, nisi apud solo
Iudæos; Nam vt Psalmista canit
Notus in Iudea Deus, in Israël ma
gnum Nomen eius.*

IOACH. Admodum ista mihi
placent, & gaudeo me audiuisse
nam omnia scandala ex animo
meo euauerunt. Utinam Con
cionatores Catholici sæpius talia
ex cathedris proferrent, ac proli
xius enarrarent.

DAN. Est apud Philosophos
certa regula, quod non liceat ar
guimentari ex abusu ad bonum
vsum. vt e. g. Multi ex vino se in
ebri-

ylon ebriant & multa mala' incurunt:
 raxe ergo vinum non est bibendum.
 similiter ex pane & cibo multi se
 is di vsque ad vomitum ingurgitant, &
 ritus infirmitates contrahunt: ergo à ci-
 Pro bis est abstinendum. Item multi
 nam ex pulchritudine fæminarum inci-
 m di dunt in concupiscentias malas, &
 ver grauiter delinquunt: ergo fæminæ
 Solo sunt occidendæ. Quis ex lumine
 anit rationis naturalis non videt, con-
 sequentias esse malas? Ita homo
 lma atheus & blasphemus argumenta-
 mihi ri posset contra D E V M. Multi per
 nisse speciem mulierum sunt decepti &
 imo vulnerati, imò in eternum damna-
 Com tati: ergo aut D E V S non creauit mu-
 talia lierces, aut homini occasionem rui-
 coli- næ dedit. similiter multæ Gentes
 hos adorarunt Solem, Lunam & stel-
 arum las: ergo D E V S astra non fecit, aut
 num Gentibus ansam porrexit Idolola-
 e in triæ: talibus argumentis imò insa-
 bri- nijs vtebantur olim Gnostici & Ma-
 nichei,

nichai, & ex illis postmodum rem
ti Cathari & Albigenes. Ita hom
impius posset procedere in infin
itum quasi, & non tantum maled
cere creaturas Dei, sed etiam con
temnere omnem Fidem ac Re
gionem: Si ex abusu illi liceat a
gumentari.

IOACH. Aduerto validas tu
rationes, easdemque in memor
reponam: vt ijs contra haeretico
vtar, quibus nihil frequentius es
quam ut defectus Catholicorum
referant, virtutes autem & don
opera vel non videant praे sua ca
citatem, vel praे inuidiam & malici
videre nolint.

DAN. Magna differentia est in
ter apes & porcos; apis purissimum
animal ex odoriferis floribus mel
la colligit; porcus sordidissima be
stia ex fætidissimis excrementis
quærit suum nutrimentū. Ita boni
viri aliorum virtutes obseruant &
imi-

imitantur: mali autem proximo-
rum defectus inquirunt & sugil-
lant. Etsi autem detractio & diffa-
matio semper sit graue crimen,
maius tamen est, dum quis diffa-
mat eos, quorum authoritas re-
quiritur in alijs gubernandis. Por-
ro maximum crimen reor, dum
quis detrahit summo Pontifici, qui
est vicarius Christi, & supremum
caput Ecclesiæ militantis. Qua-
propter grauissimis legibus in Vet.
Testamento Devs per Moysen
ita sanciuit, Exod. 22. v. 28. *Dix non*
detrahes, & Principi populi tui non ma-
ledices. Hanc præceptionem non
tantum Apostoli, sed Christus sal-
uator etiam tenacissimè obserua-
runt. Cū enim S. Paulus Hierosolymis captus, & in Concilium Iu-
dæorū ductus *Act. 23.* Iussu Ananiæ
cruelissimi Pontificis contra om-
nem æquitatem percuteretur: ille
nesciens hunc Pontificem supre-
mum

mum esse, dixit: Percutiet te DEUS per
paries dealbate. At verò ut melius cerneret
informatus & admonitus, sub acce-
iunxit: Nesciebam; fratres quia Pri-
bus
ceps est sacerdotum. Scriptum est enim I
Principem populi tui non maledicat sit,
Christus insuper D.N. et si pro se videt
authoritate sèpius repræhenderet
Scribas & Phariseos, propter h[ab]itu[m]
pocrisin insignem: Summū ta-
cunt
Iudæorum Pontificem n[on] i[n] qua-
legitur repræhendisse, siue abse-
tem siue præsentem.

IOACH. Nunquid Annam
præhendit? *Ioan. 18.*

DAN. Non repræhendit pri-
oriè, sed interroganti respondit si
plientissimè conuenientissimeque
Cuius responsionis Diuinis ha-
buit rationes, quas nos ignori-
mus. Et proinde non est nobis
semper imitandum, si quid Salua-
tor noster dixit aut fecit extraor-
dinariè. Ipse enim Deus est, c[on]tra
per

DEI perfectissima authoritas & ratio
lius inerat: nos homines sumus viles
, sūl ac cæci, multisq; perturbationi-
bus ac erroribus subiecti.

Enī I O A C H Etsi hoc verissimum
sit, in Christi verbis dictisq; fuisse
æquissimas rationes: quid tamen
videtur tibi pro captu humani in-
tellectus de Christi responce,
cum dixit: *Quid me interrogas? in-
terroga eos qui audierunt, &c.*

D A N . Si rerum circumstantias
ritè ponderemus, optimum re-
sponsū Annas accepit.

1. Non erat actu Pontifex illius
anni, sed officium sibi temerè ar-
rogabat: ideoq; à sapientissimo
Magistro sapientissimum respon-
sum accepit.

2. Erat hæreticus Sadducæus,
vt ex Iosepho possum probare: i-
deoq; indignus erat discutere do-
ctrinam Veritatis.

Longè verò aliter coram Cai-
pha

pha legitimo Pontifice Saluat
se habebat: cui quamuis adiu
tus à furioso Iudice, tamen mod
stissimum responsum dedit.

IOACH. Placet mihi respon
tua, sed perge porto dicere de sur
mi Pontificis maiestate.

DAN. Faciam lubens, & iu
piam ab illius splendidissimo o
natu. Vide obsecro, quanta dig
tas erat Pontificis in veteri Te
mento, & quantus honor illi
ferebatur. Quis magis illum h
norauit, quam Deus ipse? na
præter consecrationem peculia
præscripsit illi ornatum vestiu
singularem, in quo veluti Sol qu
dam refulgeret. Exod. 28.

1. Præter communia alioru
Sacerdotum vestimenta induer
tunicam hyacinthinam & talare

2. Superhumeral aureum
varij coloris in quo emicaba
duæ gemmæ.

3. In pectore gerebat Rationale cum duodecim gemmis, quasi oraculum quoddam Diuinum.

4. Supra Vmbilicum præcin-
gebat se zona seu baltheo quodam
preciosissimo & varij coloris.

5. Tiaram in capite portabat
cum triplici coronâ, & aureâ lami-
nâ in qua erat nomen Dei.

In tali ornatu quondam Iaddus
Pontifex occurrebat Alexandro
Magno sœuienti & furenti, qui ad
illius aspectum ita fuit alteratus, ut
cadens in terram honorarit Pon-
tificem veluti quendam D E V M .

Simili modo cum S. Leo Pon-
tifex Romanus circa ann. Christi
450. in suo decore glriosus ob-
uiasset Attalæ Regis Hunnorum
(qui se flagellum Dei iactitabat) ty-
ranno crudelissimo : ille ad huius
aspectum agno mansuetior factus
est, & Romę pepert, cui alioquin
cladem minabatur.

D IOACH.

IOACH. Si Iudæorum Pontifex
gerebat triplicem coronam (quo
etiam Iosephus affirmat) quid mirum
est si Pontifex Christianorum
mili corona sit decoratus. Na
S. Petrus (qui ex Iudæis natus era
videtur hunc ritum transtulisse
Synagoga ad Ecclesiam, ut & ali
quædam. Sed cupio aliquid audi
ulterius de Rationali, ac præsertim
quid sit Vrim & Thummim; de quæ
aliquando quippiam legi & audi

DAN. Noster Interpres Lan
nus ita transtulit; Pones autem in Ra
tionali Iudicij Doctrinam & Veritatem
quæ erunt in pectore Aaron, quando in
gredietur coram Domino: & gestabit iu
dicium filiorū Israël in pectore suo, in con
spectu Domini semper. Exo. 28. Quæ
melius intelligamus, scire oportet
quod Pontifex Iudæorum non tan
tum fuerit supremus omnium Sa
cerdotum in sacrificando & do
cendo, sed etiam supremus Iudei
alio-

aliorum Iudicum in dubijs rebus exponēdis ac determinandis, Deut.

17. Ut igitur tam in docendo & iudicando veritatem coleret, accepit hoc memoriale in duobus vocibus *Vrim* & *Thummim*: quæ significant *Doctrinam* & *Veritatem*. Populus autem ut certus esset circa doctrinam & Iudicium Pontificis; quasi pro pignore à D E o accepit infallibiles promissiones in duobus vocibus *Vrim* & *Thummim*. Hæc erat figura futurorum, & Ecclesiam Christi respiciebat, in qua Pontifex est supremus Iudex omnium controversiarum: vt pote qui duos claves à Christo acceperit ad ligandum vel ad soluendum. Matt.

16. Vna est clavis scientiæ, altera potestatis: in utraque nihil aliud nisi *Doctrina Veritatis*, vel si verba volumus permutare, *Veritas doctrinæ*; quod idem est. Ita olim apud Ægyptios Iudex simul & Sacerdos

ex collo Sapphirū gerebat, in quo
sculpta erat αληθεία, id est, Veritas
ut refert Aelianus lib. 14. & Pierius in
Hieroglyphicis suis. Sicuti autem
D E V S Opt. Max. prospexit Iu-
dæis ne fallerentur: ita & Christia-
nis sapientissimè prouidit, ut habe-
rent Iudicem & Doctorem veri-
tatis, essentque absque ullo timore
aut periculo deceptionis.

IOACH. Cognoscere aueo, quo-
nam modo & ordine dispositum
fuerit Rationale Iudicij cum gem-
mis suis, & vbinam inscripta fue-
rint verba *Vrim & Thummim*. Nam
diuersorum diuersa sententia est.

DAN. Depingam illud tibi ad
mentem S. Epiphanij, S. Cyrilli
Alexand. & S. Eucherij Episcopi
Lugdun. quem Pierius allegat lib.
41. cap. 37.

Hy-

	Hy	a	cin	th	us.	
tunc	0	1	z	3	4	pur
bis	*	4	5	6	*	p
eius	s	*	*	*	Q	=
Cot	7	8	9	*	1	1
	x	10	11	12	0	a
	Br	lus	re	tot	ta.	

Quadrangulum erat, & quatuor
ordines gemmarum habebat ; in
medio Adamas rutilabat, & hinc
inde duo Smaragdi, in quibus scul-
pta erant duodecim nomina Tri-
buum Israëliticarū. Ad latera cel-
lulae quinq; vacuae : in quibus scri-
ptum seu acu pictum erat Hebraic-
is literis *Vrim Thummim*. Pontifex
ornatus Ephod & Rationali, cæ-

D 3 teris-

terisque vestibus induitis, Diuina responsa in rebus dubijs petebat; tum Adamas aut nigrum, aut sanguineum aut candidum colore exhibebat, in primo mortem, in secundo gladium, in tertio pacem designabat. Ceterum ille splendor desijt circa annum V. C. 648 quando Ioannes Hyrcanus Pontefex incidit in haeresim Saducorum, ut colligimus ex Iosepho historico Iudaeo.

Gemmarum duodecim nomina sunt haec:

1. Sardius,
2. Topazius,
3. Smaragdus,

-
4. Carbunculus,
 5. Sapphirus,
 6. Iaspis,

-
7. Ligurius,
 8. Achates,
 9. Amethystus.

10. Chry-

-
10. Chrysolithus,
11. Onychinus,
12. Beryllus.

IOACH. Plurimum exhilaror
ex hisce, & amore desiderioque
gemmarum inflammor. Sex expo-
ne obsecro, quid duodecim lapi-
des isti designent.

DAN. Duplicem habent signi-
ficationem, 1. Literalem, 2. Figu-
ralem. Literalis significatio inser-
uebat tum Israëlitis, tum Pontifi-
ci: illis quidem ut memores essent
duodecim Patriarcharum, huic au-
tem ut sciret se duodecim Tribu-
um onus portare, & omnium cu-
ram habere. Figuralis significatio
respiciebat ad Christum & Eccle-
siam, quæ à duodecim Apostolis
fundata est, & in symbolo Fidei e-
rudita. Ideoque *Apocal. 21. cap.* ipsi
Apostoli duodecim gemmeis fun-
damentis comparantur.

IOACH. Nunquam ita depictū
D 4 vidi

vidi Rationale, sicut tu delineasti
ideoq; precor ut exponas mihi re-
rum omnium rationes, quas tib
adesse sufficienes non dubito, se-
nisi occultatas in animo tuo pro-
duxeris extra per vocem, ego ne-
scius permanebo.

DAN. In Rationali pulcherrimo considerare debes materiam
& formam. Materia constabat qua-
ex sex partibus, 1. ex Auro, 2. ex
Gemmis, 3. ex Hyacintho, 4. ex Pur-
pura, 5. ex Cocco bis tinteto, 6. ex
Bysslo retorta. Et necesse fuit, illae
partes manifestae apparerent.
Cum igitur Gemmæ essent aut
inclusæ, vbi obsecro ceteræ qua-
tuor partes viderentur? Ideoque
sericos pannos diuersi coloris in
extremitatibus collocaui, superim-
Hyacinthum, & inferius Byssum
retortam: deinde ad latera Purpu-
ram & Coccum bis tintetam. No-
mina ascripsi, ad Lectoris infor-
matio-

mationem, si forsitan Rationale cu-
peret suis coloribus depingi: quod
certè maximam generaret oble-
stationem, tam in Gemmis, quam
in bysso.

IOACH. Quid intelligis per By-
sum?

DAN. Sericos pannos quatuor
coloribus distinctos. Nam Hyal-
cynthus hoc loco nihil aliud signi-
ficat quam sericum pannum flavi
coloris, id est, gelbe Seiden, ut Die-
tenbergius vertit. Similiter Purpura
dicitur pannus sericus purpurei colo-
ris, id est, Scharlacken vel Car-
mesin. Coccus bis tinctus vocari
potest pannus sericus rosacei colo-
ris, id est, Rosinrot. Byssus denique
retorta albi coloris est, id est, ge-
swirnte weisse Seiden.

IOACH. Quid in quatuor an-
gulis positum arbitraris? nam de
aureis annulis nihil dubito, quan-
doquidē S. Scriptura illos satis cla-
re expressit.

D 5 DAN.

DAN. In angulis quatuor opinor fuisse aurū, tam ut annuli commodiūs affigerentur, quam ut Rationale fortius munietur ijs in partibus, vbi maior firmitas requireretur propter alligationem & constrictiōnem.

IOACH. Formam etiam describe, ut simul illius habeam rationes, quas interrogantibus dare possim.

DAN. Forma fuit quadrata, habens palmum maiore in longitudo & latitudine: iuxta quod pectori Pontificis tegēdo sufficiebat, ad quod minor palmus nō conueniebat. Quapropter LXX. Interpretes in Græco textu Spithamam posuerunt, ut etiam Iosephus. Ordines quatuor erant pro gemmis inferendis, & in quolibet ordine tres gemmæ. In medio Adamas fuit cum duabus Smaragdis hinc & inde, ex sententia S. Euchery Episcopi Lugd. In Vniuersum igitur sunt

quin-

quinq; ordines , ita vt quilibet
habeat tres laterculos. Ut igitur la-
titudo respondeat longitudini, po-
sui ad latera singula Hebraicos cha-
racteres pro *Vrim* & *Thumim*. Nam
quodlibet verbū habet quinq; lite-
ras, nempe *Vrim* 1. Aleph, 2. Vau,
3. Resch, 4. Iod, 5. Mem finale. L-
té *Thumim*, 1. Tau, 2. Vau, 3. Mem,
4. Iod, 5. Mem finale. Restant fimb-
riæ in singulis lateribus pro ser-
ico seu byslo varij coloris. Ceterum
an singula latera habuerint vnicū
colorem, an diuersos, non satis sum-
certus. Neq; multum interest sci-
re. De Adamante audi Pierium :

Gestabat Pontifex ornementū
quoddam ante pectus, — in
cuius medio (*Adamas*) veluti stel-
la quædam aurea elucescebat,
duo vtrimeque Smaragdi. &c.

Audi etiam S. Cyrillum Episco-
pum Alexandrinum :

In pectore summi Sacerdotis
D 6 fue-

fuerunt lapides duodecim in
quorum medio figuratum era
Manifestatio & Veritas, duo a
lij lapides. Cæterum per hos
duodecim lapides Apostolorum
chorus ænigmaticè præmon
strabatur, quasi in circulo Ema
nuellem (qui est Manifestatio &
Veritas) cingens.

De nominibus *Vrim* & *Thumim*
sub dubio ita adiungit:

Sicce lapides fuerint, sive tan
quam in aureâ tabellâ fuerint
descripta ea nomina, non est ni
mis curiosè inuestigandum.

Ioach. De Adamante apud *Pli
num* legi, quod antiquitus fuerit
raro in usu, nisi apud Reges. Scio
etiam hanc geminâ in summo pre
cio haberî, ita ut pro 60. millibus
aureorum ematur. Vertuntamen
puto, quod in S. Scriptura non su
matur nisi in malam partē, nempe
pro hominibus duris, impudenti
bus & obstinati.

DAN.

DAN. Contrarium probabo ex ijs qui Hebraicæ linguæ notitiam habueret non vulgarem. Dicitur enim *Scamir*, cuius vocis mentio crebra est in veteri Testamento. Sed ut alia testimonia prætermittantur, vnicus locus sufficiet ex cap. 7. *Amos Prophetæ*: vbi LXX. Interpretes tum Hebraicæ (vtpote maternæ) tum Græcæ linguæ peritissimi, ita transtulerunt, vt legimus in exemplaribus Latinis: *Ecce Dominus stans super murum Adamantium, & in manu eius Adamas. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos?* Et dixi, *Adamantem.* Et dixit ad me: *Ecce ego impono Adamantem in medio populi mei Israël,* &c.

Etsi autem in Rationali Adamas optimè præfiguraret Christum, hoc tamen loco S. Petrum insinuare videtur. Pro prima sententia S. Cyrillum adduxi, pro secunda assertione S. Hieronymum habeo-

D 7 mihi

mihi facientem. Priusquam tamen illius verba referam, non possum non admonere, quod tempore moderno Pontifex Romanus ex collo gestet Adamantinam Crucem, quae non ineptè collimat ad Aaronicum Adamantem.

IOACH. Obsecro ut ex novo etiam Testamento eruas nobis Adamantem; Hic equidem lapis luxuritiae me affecit singulari.

DAN. Non desunt aliquot Eruiti Scriptores, qui *Apocal.* 2. ex calculo candido faciant nobis Adamantem & horum sententiae lumen subscrivo iustas ob rationes;

1. Quod eo loco minimè intelligi possit lapillus vulgaris;

2. Quod necesse sit, ut intelligamus lapidem aliquem preciosum.

3. Quod intelligi debeat preciosissima gemma, pro maiestate promittentis.

4. Quod

4. Quod pér candidam Gemmā non queat intelligi Crystallus.

5. Quòd inter candidas Gemmas non sit aliqua magni momenti, nisi Adamas.

6. Quod Adamas inter candidas teneat principatum.

7. Quod nullus Rex militi suo post victos hostes daret Crystallū.

8. Quod Crystallus vilissimi precij sit hodie, etiam apud vulgares.

9. Quod Adamas rectissimè accommodetur viro forti & constanti.

Ioach. Postquam in Plinio legeram, quod Adamas ex auro nascetur & Indicus vergeret in aureum colorē: putauis semper quod ex distillatione mea proditurus esset Adamas imaginatus.

Dan. Hucusque ex uno Lapis de Philosophico digressi sumus ad plurimos lapides: & quando tandem

dem erit finis? De S. Hieronymus
quod promisi alio loco cum fac-
nere dabo, nunc obsecro ut coro-
nidem mutuis colloquijs impona-
mus. Anhelo equidem ad inter-
nam recollectionem & introuer-
sionem, in qua vniar cum æterni
Sapientiâ & Veritate, quæ suo lu-
mine animam meam copiosè irra-
diabit.

TO A C H. Ignosce mihi Pater
multiloquiam meum. Videor e-
quidem mihi ex facie tua coni-
re, quod ad alia sublimiora traha-
ris. Gemmarum nomen ac recor-
datio absorpsit affectum meum.
Omnino enim gemmeus dici pos-
sem, nisi quod mæror me oppri-
mat ob perditos sumptus in qua-
rendo Lapis Philosophorum.

DAN. Si sumptus tibi adessent,
ac de novo experimentum operis
sumere cogitares, nunquid consil-
lum prudentium virorum acce-
ptares?

IO A C H.

IOACH. Lubentissimè sane stultus equidem computabitur merito; qui in eundem lapidem offensionis bis impingit. Si quid igitur consilij habes, id suggerere non intermitas.

DAN. Audi vocem patris Iohachime, si optas Lapidem Philosophorum, noli amplius perdere sumptus per temerarium laborem: sequere autem consilium meum, qui celebrem tibi ostensurus sum regionem, in qua emere possis lapidem pro exiguo precio, ac per illum comparare tibi opes immensas. Decem millia aureorum perdidisti, & totum patrimonium decoxisti: nunc centum daleri requiruntur, quos ego pro te lubens exponam: tantummodo sequere meum consilium, ut antea dixi.

IOACH. Quidnisi equar Pater?

DAN. S. Moyses quodam loco scri-

scribit arcana verba, quæ si tu intelligeres, magno compendio inuenires Lapidem requisitum.

IOACH. Quonam loco, & quibus verbis? Id enim cognoscere admodum, ac vehementer concupisco. Nam & Adāmūm & Noēmūm, & Iobūm & Moysen, & Salomonem ac Prophetas, & alios viros sapientes huius lapidis scientiam habuisse, quidam affirmant.

DAN. Moyses cap. 2. Geneseos, vbi de quatuor fluminibus Paradisi tractat, ita scribit:

Nomen vni Phison, ipse est qui circuit omnem terram Heulath, vbi nascitur aurum (& aurum terræ illius optimum est) ibique inuenitur Edellium, & Lapis Onychinus.

Si Hebraicam linguam scires, & in Cabalistica arte instructus essem: in verbis istis haberem inæstimabilem thesaurum. Quærere igitur te oportet:

I. Quis

1. Quis fluuius Phison,
 2. Vbi Heuilath regio,
 3. Quod aurum optimum,
 4. Quid Bdellium,
 5. Quis Onychinus Lapis.
- IO ACH. Frustra ego inquiram,
potius à te cupio edoceri. Piscator
iustus sapiet, vt ille ait.

DAN. Hac vice dabo tibi legen-
dum hunc libellum, qui à me indi-
gitatur, LAPIS PHILOSOPHO-
RVM. Vtautem ipsum libellum
peroluas maiori auiditate, præ-
mittitur Index problematicus, vt
rerum ordinem scias & obserues.
Eia igitur compone te ad legen-
dum, ego interim pro te orabo, vt
Diuina Sapientia mentem tuam
illustrare dignetur.

IO ACH. Cognitio tua est supra
captum meum, Pater. Videris e-
nim scire & inspicere omnia inter-
iora cordis mei, quia plerumque
mox vt desideria in animo meo ex-
pullu-

pullulant, & aliquid interrogate
 cupio: tu præoccupas verba mea,
 & ad ipsas cogitationes respondes.
 Nam ecce statim ut te obnixè ro-
 gare volebam, quatenus mei in o-
 rationibus tuis mémoriam habe-
 res, tu te ipsum offers pro tua sin-
 gulari charitate. Fac igitur, quod
 mea necessitas postulat. & tua di-
 lectio dicitat. Christus Iesu s Clementissimus Saluator misereatur
 mei per thas preces, tibiqne refun-
 dat amplissimam mercedem pro
 tua in me pietate: qui cum Patre
 & Spiritu sancto viuit & regnat
 Deus per omnia saecula
 saeculorum. Amen,
 Amen.

Primi Colloquij
Finis.

INDEX

INDEX PROBLEMA-
TICVS AD AVREVM PHI-
LOSOPHORVM LAPIDEM
insinuandum, & ad libellum se-
quentem melius cogno-
scendum.

Tractatus de Lapide Philosophico
habet septem partes.

PARS I. Est generalis introductio
seu dispositio ad lapidem inuen-
niendum, & continet septem
vias seu modos. pag. 2

PART II. Agitur de regione & vrbe
quadam, in qua iste lapis certis-
simè reperitur; eademq; vrbs
depingitur septem notis. 13

PART III. Narratio instituitur de
quodam Principe Iaponiae, qui
longo itinere multisq; sumptu-
bus ad hanc vrbē peruenit. 32

PART IV. De vrbe quadam veteri
tractatur, in qua olim Chryso-
lithus reperiebatur; sed post-
modum inde translatus est ad

vr-

vrbem nouam cum præcipuis
ornamentis.

pag. 61

PART E V. Varia recēsentur de ciui-
bus huius nouæ vrbis, qui præ-
claros fructus & admirabiles
operationes per hunc lapidem
fecerunt diuersis in locis.

76

PART E VI. Quia Chrysolithus no-
ster non tantum postulat indu-
striam humanam, sed Diuinum
quoque fauorem: idcirco cer-
tæ orationes suppeditantur ad
lapidem consequendam.

91

PART E VII. Tandem Soliloquia in-
stituuntur, quibus animus lan-
guidus excitatur, vt alacriter
pergat ad illam yr bem pro la-
pide feliciter consequendo.

107

Distributio magis particularis

PRO PRIMA PARTE.

Generalis dispositio continet
septem Vias.

I. *Quomodo res suas homo præparèt, &
curatè disponat ad hoc iter.* pag. 11
II. *Agi-*

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

Yrb

I. g

II.

III.

- ipuis
g. 6)
ciui-
præ-
biles
idem
76
s no-
indu-
inum
cer-
ur ad
91
a in-
lan-
riter
o la-
. 107
- II. *Agitur de quodam artificiose ac necef-
sario perspicillo ad oculos fouendos.*
pag. 6
- III. *De quodam R^ege, qui singularem
claramq^{ue} cognitionem posteris tra-
dedit pro lapide inueniendo ac pra-
parando.* 7
- IV. *De quadam Regina, quam Rex ille
sibi despontauit, eidemq^{ue} omnem oc-
cultiorem scientiam reliquit.* 8
- V. *De libris quibusdam secretioribus, in
quibus lapis descriptus est, quamvis
obscure ac anigmaticè.* 9
- VI. *De Compendio brevi, quod extractum
est ex libris prædicti, ad rudiores in-
formandos.* 10
- VII. *De quodam puluere vitando, qui
felicem successum impedire solet, &
dici potest Chrysolithi venenum.* 11

PRO SECUNDA PARTE.

Vrbs, in qua lapis reperitur, descri-
bitur varijs modis.

- I. *Quomodo urbs illa in secretioribus li-
bris hieroglyphico more soleat de-
pingi* pag. 15
- II. *Qualiter etiam in vaticinijs quibus-
dam illius mentio fiat.* 16
- III. *Quot*

- III. Quot genera ciuium habent, & quibus nominib. distinguantur. pag.
 IV. Quibus & quam honorificis sunt urbs soleat ornari apud antiquos.
 V. Quibus notis distinguuntur a ceteris urbibus, ne quis erret.
 VI. Quantas Insidias fuerit perpessa hostibus suis, & tamen nunquam vici.
 VII. Quantis privilegiis iudicant Ciuii in hac urbe inscripsi.
-

PRO TERTIA PARTE.

Narratio de Principe Iaponiae complectitur duas partes;

In prima Parte totum iter illius describitur, & in quam admirabiles inciderit casus, & quomodo inde fuerit liberatus.

In secunda parte latius exponitur quid nos inde discamus.

- I. Quod in eadem Urbe quoque cum Lapidem hunc tutus inquiramus.
 II. Quod huius Viri scimus hunc Lapidem portare.

- portarint per varias Europa regio-
nes. pag. 61
- III. Quod etiam Indi Orientales huius
Lapidis acceperint cognitionem &
vsum. 62
- IV. Quod quidam Hispanus ad Indos &
lapones detulerit eius artem. 63
- V. Quod huius rei mentio extet in libris
secretioribus. 64
- VI. Quod etiam per Indiam occidentalem
Lapis fuerit deportatus. 65
- VII. Quod Rex quidam non admittat
nullum ad suam aulam, nisi fuerit
hoc lapide donatus 66

PRO QVARTA PARTE.

Tractatur de Vrbe veteri & noua, ne
quis erret, & frustraneum suscipiat
iter, alteram ab altera vrbe non
discernens.

- I. Qualiter, quando & quare Vrbs vetus
fuerit ex isa & deuastata. pag. 69
- II. Quomodo illius ornamenta fuerint
translata ad urbem nouam. 70
- III. Quomodo Vrbs noua Ciues suos emi-
jerit cum hoc lapide usque in Chi-
nam. 74

PRO QVINTA PARTE.

Agitur de Vrbe noua & Ciuibus illius, & quales produxerint effectus per Lapidem aureum variis in locis.

- I. De potentissimo Rege, qui huius Vrbis regimen & curam habet. pag. 71
- II. Ex quibus signis huius Regis præfettia & magnificentia intelligatur. 71
- III. In quanto splendore videant han Vrbem, qui appropinquant illi, aut in illa degunt. 71
- IV. Quod soli Ciues huius Vrbis habentius deferendi Chrysolithum in alias regiones. 73
- V. Quod idem Ciues admirabilem frumentum faciant cum Chrysolitho illo. 80
- VI. Quod cacos illuminent, ac leprosus sanent, aliosque infirmos restituant sanitati. 81
- VII. Ex quibus signis cognoscantur illi Ciues, cum veniunt in provincias exteriores. 81
- VIII. Quod alieni, qui iactant se Chrysolithum habere, cum non sint huius Vrbis Ciues, nullos predicatoros effici producere queant. 83
- IX. VN. 83

- I X. *Vnde contingat, quod aliqui hanc Vrbem nesciant, eiusq[ue] s[ecundu]m non ad-
aduertant.* pag. 85
- X. *Adducitur quadam sententia ex libris
secretioribus, eademq[ue] exponitur de
gloria huius Vrbis.* 86
- XI. *Quod Vrbs hac sustinuerit duas di-
uersis temporibus Clades, quas illi
hostes intulerunt.* 87
- XII. *Quod ex cladiis pradicis magnum
acceperit incrementum, eo quod fue-
rit magis amplificata.* 89

PRO SEXTA PARTE.

Traditur modus facilis ad obtinen-
dum Lapidem Philosophicum per
orationes humiles ac de-
uotas.

- I. *Ponitur introductio & incitamentum
adorationes frequentandas.* pag. 91
- II. *Subministrantur septem Orationes per
hebdomadam, in quibus amplissi-
ma merita D. N. Iesu Christi in-
cluduntur, quibus efficacius nihil
est.*
- III. *Adiciuntur duodecim Observatio-
nes ad orationem hanc cum fructu* 95
E 2 inste-

instituendam : si fiat humiliter, at-
tentè, reuerenter, breuiter, & cum
unione meritorum Christi pag. 99

IV. Subnectitur exemplum de quodam
Eremita, qui oculos sanos & corpus
castum exigebat in eo, cui potestas
fieret Lapidis aurei inspectendi. 105

PRO SEPTIMA PARTE.

De Soliloquijs tractatur generaliter,
& ostenditur quā industriā hunc
Lapidem inuenient quidam Eru-
diti Viri, magno desiderio fla-
grantes. pag. 107

1. Quidam Rhetor in Africa. 108
2. Quidam Philosophus in Asia. ibid.
3. Quidam Germanus in Europa 109

Deinde decem Soliloquia institu-
untur, quibus excitatur, confirma-
tur & instruitur, quisquis Chrysoli-
thi est studiosus Amator.

I. Excitatur animus, ut alacriter arri-
piat iter pro Lapiде consequend: &
admonetur, ut caueat sibi ab ijs qui
faſum lapidem circumferre solent
pag.

II. De

- II. Docetur, quanta sit excellentia Vrbis
ad quam eundum erit: qua Domus
S. pienia & Paradiso voluptatis
recte meritoq; vocari queat. pag 117
- III. Ostenditur, quod urbs illa excellat
Arcam Noëmi in edificijs artificio-
sis. Tabernaculum fœderis in aureis
ornamentis, Templum Salomonis in
admirabili fulgore 123
- IV. Referatur, quanta sit antiquitas ve-
teris Vrbis, ex qua fuit propagata
Vrbs noua: ad quam ius priuile-
giumq; antiqua Vrbis est trans'ac-
tum 126
- V. Distinctio datur inter Ciues commu-
nes, ac Senatores huius Vrbis: &
simul narratur, quoniam modo Tri-
bunalia administrentur, litesq; di-
rimantur. 130
- VI. Tractatur de supremo ac regio Parla-
mento Vrbis, à quo nullus possit ap-
pellere: & quantā prudentia ibi-
dem causa ventilentur. 137
- VII. Differitur de Palatio Regis excelsa,
de Aulicorum gloria ac splendore:
& quod nullus ibi admittatur absq;
Lapide Philosophorum. 142
- VIII. Insinuantur quam caue ambula-
re debeant, qui ad hoc Palatium cō-
E 3 tuen-

*inendum profiscuntur: ne à Viâ
rectâ per insidias abducantur.* 147

IX. Recensetur, quanto amore flagrent,
qui in Vrbem predictam Ciues sunt
inscripti. 155

X. Adiungitur etiam narratio de gaudîs
suauiissimis, quibus idem Ciues us-
que ad stuporem perfruuntur. 162
Tandem in Coronide adferuntur quadam
recentia exempla gaudî pariter &
amoris, pag 166



PRI

Via
47
nt,
unt
155
dijis
us-
62
am
8
66

PRIMA PARS
GALERAZEIAE,

Quæ dicitur

LAPIS PHILOSO-
PHORVM.

Super lapidem vnum septem e-
culi sunt. Zach. 3. v. 9.

INTRODVCTIO.

CH Y M I C I & Alchymista
 (vt vocantur) magnificas
 concrepant laudes de Lapide Phi-
 losophorum: & hunc non exiguis
 sumptibus longoq; temporis spa-
 cio indagant, & tandem casso la-
 bore aut nunquam inueniunt, aut
 admodum rarò. Illi autem, qui
 se gloriantur reperiisse, de illius ef-
 fectu tria potissimum pronuncia-
 re solent:

1. Quod omnia metalla per il-
 lius tincturam vertantur in aurum.

2. Quod illius pulueres curent
 omnes infirmitates, alioquin incu-
 rabiles: vt podagram, calculum,
 lepram, cancrum.

3. Quod huius beneficio & usu
 homo viuat omnino sanus & lon-
 gaeus.

Et tamen ex Chymicis illis Ma-
 gistris nec centesimus imo nec mil-
 lesimus vnquam vel vedit vel ha-
 buit.

Pars Prima.

buit lapidem istum: quinetiam paucissimi sciunt, quid sit aut unde conficiatur Lapis Philosophorum; alij post 20. annorum labores, continuaisque indagationes, præparations, distillationes & probations, sese olecum & operam perdisse lamentantur, & crumenam euacuasse dolent.

Ego autem demonstrabo alium Lapidem preciosissimum, quem paruo labore & brevissimo tempore inuenias, & tandem cum illo assequaris opes immensas, perpetuam sanitatem, & suauissimam vitam. Et ne diutius te suspensum detineam, lapis iste est **COGNITIO**
V E R I T A T I S: quam inquirunt multi, & tamen non inueniunt: quia non querunt loco debito vel modo. Multi quidem multa sciunt, illa vero quæ potiora sunt ignorant, & clausis oculis prætergrediuntur.

E. 5. 1. Quid.

1. Quid sit homo, & ad quem finem creatus.
 2. Quid sit fides, & vbinam certissimè inueniatur.
 3. Quid sit Christus, & quare venerit in hunc mundum.
 4. Quid sit Ecclesia, & quibus notis distinguitur.
 5. Quid si S. Scriptura, & in quem finem collimet.
 6. Quid sit symbolum Apostolorum, & in quanto honore habendum.
 7. Quid sit hæresis, & vnde oritur & pallietur.
- Hæc septem vbi cognoueris,
habebis ipsum Lapidem Philosophorum.

* * *

PARS

Pars Prima.

PARS PRIMA.

*Quæ continet septem vias
Cognitionis.*

VIA PRIMA,

Cognitionis de Homine.

1. **C**onsidera te ratione prædi-
tum, eaque à bestijs differre.
Hac igitur vtere, & inquire ortum
finemque tuum.

2. Creatus es ex nihilo, quoad
animam : & exlimo terræ, quoad
corpus: Angelis paulò minor.

3. Conditus es ad cognoscen-
dum , amandum & fruendum
Creatorem tuum.

4. Cognitio , Dei principium
est aliorum bonorum, sine qua ne-
mo amat incognitum.

5. Ratione naturali D E V M in-
uestigarunt Philosophi , sed veri
cultores fide cognoscunt.

6. Cum mortuus fueris, exa-
minaberis à Iudice num habeas Fi-

E 6 dem,

iem
nam
uare
bus
z in
sto.
ha-
ori-
eris,
oso-
RS

6 Lapidis Philosophi.

dem, sine qua non poteris saluari.

7. Inuestiga igitur diligenter
hanc fidem, eamque excole & ex-
orna, ut suo tempore paratus in-
ueniare.

VIA II.

Cognitionis de Fide.

1. **C**onsidera, quod Fides sit do-
num Dei & lumen infusum,
quo credis omnia, quæ Ecclesia
docet credenda.

2. Ad hoc lumen consequen-
tium ratio naturalis se præparat,
sed gratia Dei illud largitur.

3. Hoc lumine prædicti fuerunt
omnes, quicunque Deo unquam
placuerunt.

4. Per fidem Patres veteris Te-
stamenti crediderunt implenda
quæ nos credimus impleta pro-
maiori parte.

5. Est autem Fides duplex, alia
formata per charitatem, & alia in-
formis absque charitate. 6.

6. Fides (quæ per dilectionem operatur, siue formata) coniungit animam rationalem cum D'E O.

7. In hac Fide Sancti veteris Testamenti expestarunt Christum, qui legem Moysis abrogaret: atq; Ecclesiam institueret, quæ succederet Synagogæ, hoc est, Sponsum, & Sponsam, Regem ac Reginam, Messiam ac Imperium illius.

V. I. A. III.

Cognitionis de Christo.

1. Considera, quod Christus sit ille Messias, qui promissus est Adamo Patriarchæ in Paradiſo.

2. Christus etiam promissus est Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Davidi, ac reliquis Patriarchis.

3. Christus varijs typis fuit præfiguratus, & continuus Propheta- rum oraculis prædictus.

4. Christus aliquot millibus

E. 7 anno-

8. *Lapidis Philosoph.*

annorum fuit audiissimè à Iudæis
ac Gentibus expectatus.

5. Christus tandem veniens à
Iudæis fuit repudiatus, propter
paupertatem & humilitatem.

6. Christus Patri suo genus hu-
manum reconciliauit per mortem
& sanguinem suum.

7. Christus Ecclesiam legem-
que nouam condidit, veteremque
per Apostolos abrogauit.

V I A I V.

Cognitionis de Ecclesia.

1. **C**onsidera quod Ecclesia va-
rijs notionibus rerum de-
scribi soleat & distingui.

2. Est enim Ecclesia, quatenus
capit omnes Christi fideles toto
orbe diffusos.

3. Est etiam Ecclesia quasi par-
lamentum regium ad res dubias
explicandas ac decernendas.

4. Ecclesia igitur iudicialis con-
sistit

sistit in summo Pontifice ac Episcopis seu pastoribus.

5. Hæc Ecclesia (quæ in generalibus Consilijs præsentatur) in rebus fidei errare non potest.

6. Hæc Ecclesia damnauit omnes omnino hæreses in Concilijs Oecumenicis diuersis.

7. Hæc Ecclesia inter cætera dona accepit habetque veram intelligentiam S. Scripturæ : quam Apostoli à Christo acceperunt, & posteris suis tradiderunt, & hi alijs atque alijs per manus fideles.

VIA V.

Cognitionis de Scriptura.

1. COnsidera, quod S. Scriptura sit Verbum Dei, & liber Veritatis, in quo nulla falsitas est.

2. Diuiditur in Vetus & Novum Testamentum , continetque libros legales, historiales, sapientiales, & prophetales.

3. Ho-

XO Lapidis Philosoph.

3. Horum omnium scopus est ipsa simplicissima Veritas, nullam admittrens falsitatem.

4. Sicuti Deus est lux purissima splendidissimaque, ita veritas ab ipso reuelata.

5. In S. Scriptura est litera occidens, & spiritus viuificans.

6. Hæretici literam sequuntur, Catholicæ à spiritu viuificantur in una Fide.

7. Hanc Fidem seu spiritalem medullam Sancti Apostoli quodam symbolo sunt complexi.

V I A V I.

Cognitionis de Symbolo.

1. Considera, quod SS. Apostoli pleni Spiritu sancto considerint hoc Symbolum, antequam diuidentur.

2. Quod Christiani primæui fuerint vñi hoc symbolo tanquam tesserâ militari.

3. Quod

3. Quod admirabili consilio
Dei hoc symbolum complectatur
Christianæ doctrinæ medullam.

4. Quod veteres Episcopi &
Pastores ante omnia tradiderint
Catechumenis hoc Symbolum e-
discendum.

5. Quod in eo contineantur
præcipua Opera SS. Trinitatis,
nempè Creationis, Redemptionis
& Sanctificationis.

6. Quod illud Symbolum huc-
usque fuerit semper apud omnes
pios Christianos in summo hono-
re ac respectu.

7. Quod ab ortu Ecclesiæ Ca-
tholicæ hæretici celebriores huius
Symboli partes tanquam fortissi-
ma propugnacula impugnarint,
sed frustra.

V. I. A. VII.

Cognitionis de Hæresi.

I. **C**onsidera, quod hæresis ni-
hil.

12 *Lapidis Philosoph.*

hil aliud sit quam priuata opinio
contra sententiam communem.

2 Ita Philosophi Stoicos pro
hæreticis habuerunt, vt pater ex
Cicerone.

3. Apud Christianos hæresis est
error contra fidem Catholicam &
orthodoxam.

4. Quia qualibet virtus contra
rium vitium habet, contra quod
agat & pugnet. Ut humilitas con-
tra superbiam, castitas contra lu-
xuriam, abstinentia contra gu-
lam, &c.

5. Ita fides contra hæresin cer-
tat, vt in hoc certamine vincat &
coronetur, virtus enim circa ar-
dua versatur.

6. Ab origine Ecclesiæ semper
aliqui hæretici fuerunt, à quibus
Electi exercentur.

7. Hoc sciens mirari desine
quod eriam nostro tempore hære-
tici pullularint, ad Catholicos pro-
bandos.

NB.

N.B. Ut quis propriè ac plenè
hæreticus sit, duo requiruntur, er-
ror & pertinacia. Quia fieri po-
test, ut aliquis errans pertinaciam
detestetur, & se melius informari
permittat; talis similis est ouie erra-
bundæ extra ouile, quam Pastor
requirit ac reducit.

P A R S I I.

*In qua septem modis seu parti-
bus vera Ecclesia demon-
stratur.*

Diximus hucusque de septem
Vijs, quibus homo perueni-
re potest in cognitionem Veritatis
seu Catholice Religionis, & quan-
doquidem totius Sacræ Scripturæ
potior medulla versatur aut circa
Christum aut circa Ecclesiam, co-
arctabo sermonem. Tu autem, qui
iam Christum credis, à quo diceris
Christianus: & Ecclesiam nondum
credis

credis, quia extra illam vagaris:
audi S. Augustinum in psalmum.

147. Tam nullam habet dubitationem
Ecclesia Christi & vxor Christi: quam
nullam habet dubitationem corpus Chri-
sti, demonstratum oculis, contrectatum
manibus discipolorum. Ecce, qui resur-
rexit à mortuis vtrumq; ostendit, ostendit
caput, ostendit membra; ostendit
sponsum, ostendit sponsam. Aut vtrum-
que mecum crede, aut illud in damna-
tionem tuam credis.

Cum porrò Ecclesiam cogno-
ueris habebis scholam veritatis, in
qua nulla falsitas docetur. Hanc
igitur tam clarè tibi demonstrabo
vt pro conscientia tua tibi sufficere
possit. Tu tantummodo fenestram
conscientiæ aperias, vt gratiæ lux
intrare queat. Sine hac enim luce
in tenebris sedemus & ambula-
mus. Reducam vero omnia ad 7.
partes.

I. Ad

1. Ad figuras Ecclesiæ.
2. Ad Prophetias præcedentes.
3. Ad ornamenta præcipua.
4. Ad nomina seu titulos.
5. Ad signa siue notas.
6. Ad persecutiones.
7. Ad Charismata.

P A R S I.

De Figuris.

1. **C**onsidera , Ecclesiam esse præfiguratam in paradiso voluptatis : vt docet *S. Augustinus*, & addit suas rationes.
 2. In Arca Noëmi; quia extra Ecclesiam non est salus; vt scribit *S. Cyprianus* Episcopus & Martyr.
 3. In domo & familia Abrahæmi, vbi Ismael persequebatur Isaacum; vti nunchæretici Catholicos infestant.
 4. In tabernaculo fæderis , in quo erat Propitiatorium , ex quo Deus dabit responsa in dubijs rebus.
 5. In

16 *Lapidis Philosoph.*

5. In ciuitate Ierusalem, extra quam non licebat comedere Agnum paschalem aut erigere Altare.

6. In templo Salomonis, extra quod si Iudæi sacrificassent, id Deo gratum non fuisset.

7. In eodem templo restaurato per Zorobabelem à quo se substraxerunt qui in Samaria & Ægypto templa exerunt: & idcirco à reliquis Iudæis ut hæretici & schismatici fuerunt deuitati, quod successionem Pontificum non potuerint deducere ab ipso Aarone.

P A R S I I.

De Prophetijs.

1. **C**onsidera, quanto gaudio delibutus sit S. Dauid in Psal. 47. & alijs psalmis, quando Ecclesiam à longe salutauit cum ait: Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion.

2. Idem cogita de Sancto To-

bia

Pars Secunda.

17

bia seniore cap. 13. non enim respi-
cit oculo Prophetico in Ierusalem
metropolim Iudeorum, sed in Ec-
clesiam Christi dum præ gaudio
exclamat: Portæ Ierusalem ex sapphiro
& Smaragdo ædificabuntur, & ex la-
pide pretioso omnis circuitus murorum
eius, &c.

3. Similiter facit Isaias cap. 60.
cum ita erumpit: Surge illuminare Ie-
rusalem: qui a venit lumen tuum, &
gloria Domini super te orta est.

4. De nouo fædere vaticinatus
est Ieremias cap. 31. v. 31. quem lo-
cum Sanctus Paulus tractat ad
Heb. 8. v. 8. Ecce, dies venient, dicit Do-
minus: & feriam domui Israel & do-
mui Iuda fadus nouum.

5. Quid referam de Ezechiele.
qui à cap. 40. vsque ad finem libri
Ecclesiam Propheticè depinxit?

6. Daniel cap. 7. Ecclesiam
Christi vocat Regnum sempiter-
num & cap. 2, montem magnum,

7. Si-

7. Similem in modum introduci possent. 12. Prophetæ minores, sed sufficiat Michæas cap. 4. Erit, in nouissimo dierum erit mons dominus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & fluens ad eum populi.

INSTRVCTIO GENERALIS.

COgita, quam ingrati sint Christiani qui Ecclesiam verā agnoscere nolunt, nec illi obedire: cuius gloriam admirati sunt SS. Patriarchæ & Prophetæ in figuris & vaticinijs obscurioribus adumbratae. Ecce nunc Ecclesia fundata resplendet in vniuerso orbe terrarum, & haeretici eam videre nolunt, quia oculos habent obscenatos: cuin tamen D. Augustinus scribat in psalimum 30. hisce notabilibus verbis: obscurius dixerunt Prophetæ de Christo quam de Ecclesia, puto propterea quia videbant in spiritu, con-

tra

tra Ecclesiam homines facturos esse particulas, & de Christo non tantum litem habituros de Ecclesia magnas contentiones excitaturos. Idcirco illud vnde maiores lites futuræ erant planius prædictum & apertius prophetatum est. Ut ad iudicium illis valeat, qui viderunt & foras fugerunt.

Et probat hoc ipsum exemplo S. Abrahami Gen. 22. qui immolauit arietem sub typo Christi, sed promissiones accepit de Ecclesia evidentiores hisce verbis: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: in quibus verbis Ecclesia aperte designatur.

P A R S III.

De ornatu Ecclesiæ.

1. C Onsidera, quod Ecclesia instar domus regiæ fuerit ædificata. cuius fundamenta SS. Apostoli fuerunt.

2. SS. Martyres sunt instar muri fortissimi & quadrangulatis, qui

F im-

impetu tyrannorum sustinuerunt.

3. Episcopi & Doctores sunt quasi fenestræ, per quas lux intrat in domum, tenebris expulsis.

4. Monachi ac Eremitæ teclum repræsentant, tam ob eminentem contemplationem, quam ob vitæ statum excellentem & sublimem.

5. In regio palatio sunt varia officia, sed ordinata: ita in Ecclesia varij status sunt, hierarchico tamen modo, & iuxta ordinem decorum.

6. In domibus Principum sunt etiam variæ picturæ ac emblema-ta: ita Ecclesia, internum habet ornatum in Confessoribus, Virginibus, Viduis & Continentibus.

7. Tandem Coniugati vtriusque sexus qui castum matrimonium colunt, & suam prolem honeste instituunt, ab ornatu Ecclesiæ non excluduntur: sed sunt sicut oliuæ fructiferæ quæ in circuitu palatiorum plantari solent,

PARS

P A R S I V .

De Titulis Ecclesiae.

1. **C**onsidera, quod Ecclesia in SS. literis habeat varia nomina & titulos honoris; vocatur enim regnum cælorum *Matt. 4.* in quo Christus gerit personam Regis, & Ecclesia personam Reginæ, *Psalm. 74.*

2. Vocatur Ciuitas Dei, de qua gloriofa dicta fuisse asserit David Propheta *Psalm. 86.*

3. Dicitur etiam Mons Domini eleuatus & sublimis, ad quem confluant omnes gentes, *Isaiæ 2.*

4. Appellatur vinea Christi, pro qua operarij conducuntur per totum diem, id est, omni tempore. *Matth. 20.*

5. D. Paulus vocat illam firmamentum & columnam veritatis, i. *Timoth. 3.* alludens forsan ad duas columnas templi veteris, quæ dicebantur Booz & Iachin.

6. Vocatur Sponsa Christi gloriosa, absque macula & ruga, sancta penitus & immaculata. Ephes. 5.

7. Dicitur denique mulier amicta sole, & duodecim stellis coronata, quæ habeat lunam sub pedibus suis. Apoc. 12.

INST R V C T I O GENERALIS.

Quia fronte, ô homo, contemnere ausus eris Ecclesiam, quia Christus D. N. tam sapienter construxit, quam decentissimè ornauit, quam tot honorificis titulis insigniuit? vide ne tanquam iniurious & blasphemus ab illo iudiceris, qui sponsam illius non vis agnoscere & honorare. Quis zelotypus sponsus hoc vñquam pateretur? quis Rex suam Reginam despici toleraret? imo quis nobilis & honestus maritus vxorem suam à vilissimis seruis malè tractari aequis oculis intueretur? sed forsitan certas quas-

quasdam notas requiris, ex quibus
hanc Sponsam & Reginam agnoscas?
dabimus tibi.

P A R S V.

De signis Ecclesiæ.

1. **C**onsidera quod Ecclesia sit
Vna, sub uno visibili capite,
& in una fidei forma: quam notā
illi dedit S. Concilium Nicenū, in
Spiritū sancto congregatum.
2. Est *Sancta*, sicuti SS. Apostoli
in suo symbolo statuerunt, id est,
in S. Baptismate expiata, & virtu-
tibus miraculisque exornata.
3. Est *Catholica*, vt ijdēm Apo-
stoli affirmant, id est, vniuersalis ac
per totum orbem diffusa: vt S. Au-
gustinus varijs locis exponit.
4. Est *Apostolica*, vt loquitur S.
Concil. Nicenum, id est, ab Apo-
stolis ad nos usque perducta per
continuas successiones, vt explicat
S. Irenaeus Episcopus & Martyr.

F 3 5. Est

24 Lapidis Philosoph.

5. Est Inexpugnabilis, ut Christus promisit Matt. 16. & benè monuit Gamaliel Doct. honorabilis Act. 5.

6. Est Infallibilis, ut similiter Christus promisit Ioan. 16. & confirmat D. Paulus 1. Tim. 3. vbi Ecclesiam vocat columnam veritatis & firmamentum.

7. Est Iudex Controuersiarum, cuius rei figuram Deus præmisit ac expressit Deuter. 17.

PARS VI.

De Persecutionibus.

Dominico*xii* inter Ecclesiæ notas, quod sit inexpugnabilis. Id facile quisq; cognoscet, si voluerit hostes Ecclesiæ considerare qui illam grauissimè impugnauerunt, sed nunquam expugnare potuerunt. Hos ego reducam ad 7. genera persecutorum: ad Iudæos, Ethnici styxannos, Philosophos mundi, Magos seu Præstigiatores, Hæreticos, Schismati-

Schismaticos, Machometanos.

1. Considera, quanto odio Iudei exarserint in Christianos, ut S. Lucas in Actibus satis ostendit.

2. Imperatores Ethnici quam crudeliter lauierint in Christi cultores, tot myriades Martyrum clamant, & Eusebius describit.

3. Nec Philosophi defuerunt, qui suis subtilibus scriptionibus Ecclesiam euertere conati sunt: ut Clesus, Porphyrius, Julianus.

4. Cum diabolus cerneret Christianos miraculis clarescere, Magos & Incantatores suos excitauit, qui argutis præstigijs aliquid emulari voluerunt: ut Simon, Elymas, Apollonius Tyanæus.

5. Tandem hæretici eruperunt, qui quamvis omni sæculo fuerint, tamen post ann. Christi 300. magis inualuerunt: cum Ariani, Macedoniani, Nestoriani, Eutychiani, Pelagiani, Monothelite, & Iconocla-

26 *Lapidis Philosoph.*

noctastæ, vltra 500. annos Eccle-
siam varijs modis impugnarent.

6. Schismata etiam diuersis tem-
poribus Ecclesiam afflixerunt, sed
omnium grauissimum schisma fuit
Græcorum, qui ab Ecclesia Lat-
ina sese abduxerunt, ideoque sub
Turcica tyrannide grauissimam
seruiunt seruitutem.

7. Quid referam de Sarace-
nis & Turcis, qui capitali odio fla-
grant in Christianos, atq; Ecclesiæ
Catholicæ plurima damna intule-
runt, præfertim post an. Chr. 1454
post inuasum & occupatum Im-
perium Constantinopolitanum?
Sed hunc fortissimum hostē Chri-
stus D.N suo tempore prosternet.

P A R S V I L.

De Gratijs & Charismatibus.

Quemadmodum in aulis Prin-
cipum sunt varia cubicula in
varios usus distributa: ita etiam in
Eccle-

Ecclesia Christi sunt varia Charis-
mata & dona non tantum ad salu-
tem nostram necessaria, sed etiam
ad vitæ huius tædium alleuiandum
sapientissimè ordinata. Et in aulis
quidem alius locus est pro vino
potuque, alius pro cibis & aroma-
tibus, alius pro vestibus & armis,
alius pro aureis & argenteis vasis,
alius deniq; pro lusibus ac recrea-
tionibus honestis: in Ecclesia vero
quotnam genera solitorum sint,
expendamus.

1. Considera, quantum solatij
adferat Catholico homini Sacra-
mentum pœnitentie, in quo lapsus
reconcilatur Deo, & absolvitur a
peccatis & obstaculo salutis æter-
næ. Tale solatium hæreticis non ha-
bent, qui carent Sacerdotibus legi-
timis, a quibus soluantur.

2. Magnas vires suppetit Sacro-
sancta Eucharistia deuotè sumpta.
Est equidem cibus animæ delicio-

F s sus;

fus pariter & confortans. Ceterum
hæretici nihil horum percipiunt,
ut Sacramentarij : quia non cre-
dunt; aut si credunt, propter ino-
piam Sacerdotum ritè ordinato-
rum, qui non habent potestatem
consecrandi, ut apud Lutheranos.

3. Sacrificium Missæ quotidie
offertur in Ecclesia pro viuis ac de-
functis. Inde igitur participant Ca-
tholici, si sese disponant per bo-
nam cōscientiam & sancta deside-
ria. Hæretici autem hanc sacratissimam
Liturgiam odio & maledi-
ctis perseguuntur, quapropter suo
tempore luent pœnas.

4. Conciones sacræ Catholico
ritu peractæ sunt animarum pabu-
lum : quo saginantur qui deuotè
audiunt : aut qui etiā legunt libros
spirituales. Et licet hæretici habe-
ant conciones & libros, quia ta-
men inest venenum prauæ opinio-
nis, idcirco mortiferum cibum ac-
cipiunt,

cipiunt , qui famelicum stomachum ex ijs volunt satiare.

5. Meditationibus & orationibus immorari, quantum dulcedinis habet? orant quidem haeretici, sed non exaudiuntur. Quia Deus erroribus non fauet, sed est veritatis amator; alioquin etiam in Synagogis suis murmurant Iudei , & Saraceni in suis moschaeis altissime clamant. Deum inclamant, sed nunquam illi possunt vniuersitate lux cum tenebris nihil commercij habet.

6. Credimus in Ecclesia esse communionem Sanctorum. magna igitur consolationis est, comunicare de bonis operibus aliorum qui in Ecclesia militanti vivunt: aut de suffragijs ac meritis supernorum Ciuium, qui in Ecclesia triumphante regnant. Nihil horum haeretici habent, quia illorum opera mortua sunt propter fidei

F 6 defe-

30 Lapidis Philosoph.
defectum, & à Sanctis non iuuantur quos conuiitijs inhonorant.

7. Cum aliquis Catholicorum ad mortem tendit, prius confiteratur, communicat, & Sacramento Extremæ vunctionis munitur; cum mortuus fuerit, preces & sacrificia pro eodem offeruntur. Hisce omnibus præsidijs haeretici carent: quia, ut dixi carent veris Sacerdotibus, & consequenter legitima administratione Sacramentorum: adde, quod extremam Vnctionem irrideant, & suffragia pro defunctis contemnant, habeantque inter errores. O igitur ter quaterque felices, qui in Ecclesia Catholica viuunt & moriuntur! O etiam non penitus infortunatos, qui tandem ad hanc Ecclesiam conuertuntur.

INSTRUCTIO GENERALIS.

A Vduisti de signis Ecclesiæ, au-
diuisti de persecutoribus il-
lius

lius, audiuit etiam de charis-
tibus illi donatis : audi nunc S. Au-
gustinum tom. 10. Serm. 1. de Verbis
Apostoli, vbi postquam egisset con-
tra hæreticos Arianos, ita subiungit : *Iam fideles nostros populos de ipsa*
Fide Catholica confirmemus. Nullæ
quippe sunt maiores diuitiae, nulli the-
sauri, nulli honores, nulla mundi huius
maior substantia, quam est fides Catho-
lica : quæ peccatores homines saluat, Cæ-
cacos illuminat, Infirmos curat, Catechu-
menos baptizat, Fideles iustificat, Pœni-
tentes reparat, Iustos augmentat, Mar-
tyres coronat, Virgines, Videlas & Con-
jugales casto pudore conseruat, Clericos
ordinat, Sacerdotes consecrat, Regnis ca-
lestibus preparat, In eterna hereditate
cum Angelis Sanctis communicat.

Hunc sequere Dicem & Do-
ctorem, qui plurimis annis hæreti-
cos Manichæos audiuit, & tan-
dem sese contulit ad Catholicae
Ecclesiæ ouile, ab optimo Pastor-

32 Lapidis Philosoph.

te S. Ambrosio Episcopo Mediol.
optimè institutus.

PARS TERTIA,

In qua

Proponitur parabolicum PA-
RADIGMA.

Fuit quidam Princeps Iaponiæ,
qui ab Europæis Christianis
Latinam didicit linguam, sicuti
Iapones ingenij ac memoriae sunt
felicis. Est autem Iaponia Insula
iuxta Chinam, habens Reges 66.
quorum unus reliquis plerumque
dominatur. Princeps ille cum an-
nis aliquot cum Christianis fami-
liarem amicitiam coluissebat, statuit
tandem patrios relinquere erro-
res, ac se totum Christianis legi-
bus tradere imbuendum. Hanc
curam in se suscepit quidam soci-
tatis Iesu sacerdos, qui illum inter
Catechumenos asscripsit, eidem-
que

que rudimenta Fidei tradidit ediscenda: quemadmodum à tempore Apostolorum semper in vsu fuit; ut videre licet apud S. *Cyrillum Hierosol.* S. *Chrysostomum*, S. *Augustinum* aliosque veteres Patres, qui baptizandis Catechesin tradiderunt, præcipue Symbolum Apostolorum cum 12. articulis, in quibus totius Fidei Christianæ medulla continetur. Dum hæc fierent, appulit in Iaponiam classis quædam Anglicana, cuius supremus Gubernator erat vir nobilis & opulentus, qui merces peregrinas in suam patriam reuehore cogitabat. Hic cum diuturniorem in Iaponia moram traheret, in predi-*cti* Principis familiaritatem se insinuauit: cumque aduerteret illum inclinari ad Christianam religionem, persuasit ut reliquo prænomiato Sacerdote secum in Angliam nauigaret, ybi rudimenta Fidei longè.

longè accepturus esset præstantiora, cum solidis fundamentis: nempe S. Scripturam veteris ac noui Testamenti. Principi non displaceuit conditio speciosa, qui mox ad iter sese dispositus cum uxore totaque familia, seruorumque copia numerosa. Proprium igitur nauigium præparari iussit, in quod preciosam supellecilem ex auro, argento & geminis alijsque rebus constantem inferri demandauit.

Cum igitur omnia parata essent, ventique & aura fauerent, cum Anglicana classe ex portu Iaponiæ nauigauit versus Europam, habens apud se Nobilem prædictum: qui cum non vulgaris esset doctrinæ, multa cum Principe inter nauigandum tractauit eidemque obtulit SS. Biblia legenda, ne otiosus esset. Princeps per se fatis curiosus, curiosè ac studiosè rem egit, idque affectus est ut libros

bros legales ac historiales veteris
Testamenti omnes memorię man-
daret, ac de ijs cum Nobile Anglo
multa sèpius quæreret ac disputa-
ret. Idem postea fecit in Testa-
mento nouo, ita ut historiā S. Scri-
pturæ vniuersam superficie tenuis
ex memoria recitaret, ac de sese
magnam spem faceret S. Baptisma-
tis suscipiendi. Interim prospera
nauigatione ad Angliam perueni-
tur, ubi Principis vxor diem obiit
(sive ex aëris mutatione, sive ex na-
uum agitatione) & honorificè se-
pulta fuit. Posthæc Nobilis Anglus
Regi suo Principis externi statum
propositumq; insinuauit, & mul-
tis encomijs extulit: ita ut Rex
magno desiderio flagraret talem
Principem videndi. Cum igitur
per Legatos illum ad se inuitasset,
& post lautas epulas cum illo ami-
cè tractasset, laudauit illius propo-
situm, & Ministris verbi Princi-
pem

peim comimendauit, qui de proximo Baptismate ordinarent. Quibus Princeps exposuit duo sibi in votis esse, Primò ut sacro Baptismate ablueretur quidem sed non ita festinato: secundo ut vxorem duceret ex Anglic Nobilitate, quæ suo connubio digna esset, ex Ducali stirpe: & hanc acciperet prima occasione, eo quod absque vxoris solatio esse non posset. Mox igitur Ministri seu Superintendentes cum Rege, Rex cum Ducibus suis tractarunt: & quia periculum in mora erat, Ducis cuiusdam filiam Principi desponsarunt, cum qua ipse consuesceret, quo usq; Baptismum vltro postularet, ne cogi à quoquam videtur. Et hoc matrimonium ratum Ministri declararunt. Vix mensem vnum Princeps cum coniuge noua vixerat, cum illius sororem facie speciosam in suum cubiculum

Iam introduxit, eandemq; bonis
verbis delinquitam oppressit, & in al-
teram coniugem assumpsit, paulo
post idem fecit cum duabus ancil-
lis ex Anglicano genere ortis. Hæc
omnia cum primam vxorem non
laterent, coram Principe quidem
dissimulauit, occultè verò detulit
ad patrē suum, & hic ad Regem, ac
deniq; ad Ministros, Ministri à Re-
ge ad Principem alegati grauiter
cum illo expostularunt. Ipse autenꝝ
protulit SS. Biblia ex scrinijs suis,
atq; exemplum S. Iacobi Patriar-
chæ in sui attulit iustificationem.
Cumq; opponerent Ministri, S.
Scripturam non esse sic intelligen-
dam: ille è contra quæsiuit, nonne
mihi asseuerastis hunc librum esse
normam, Fidei infallibilem? quod
cum illi audissent, subticuerunt,
nolentes illum contristare aut ul-
terius molestare. Videns porro
Princeps paulatim se despici à No-
bili-

bilitate Anglicana, & à Rege negli-
gi, atque à Socero amplius non in-
vitat, amicè egit cum vxoribus,
pacemque composuit inter vtram-
que sororem, & insinuauit se pau-
lo post velle baptizari; cæterum
quia cogitaret, grande conuiuium
facere in die Baptismatis sui, roga-
uit vt à Parentibus, Cognatis ac vi-
cinis acciperent accommodato
aurea & argentea vasa, & alia quæ
ad tricliniorum ac mensarum to-
tiusq; arcis ornatum spectare pos-
sunt. Interea dum hæc fiunt, Prin-
ceps agit cum quodam Hollando
mercatore, eidemque consilia sua
exponit, & tandem conuenit cum
illo, vt occultè suscipiat & sollici-
tè reponat in suo nauigio, quæ
cumque Princeps per suos famu-
los missurus sit: deinde prosperum
ventum obseruet, nuncietque pa-
rato in omnem horam. Erat Hol-
landus ille ex secta Libertinorum,

& Po-

& Polygamus Anabaptista : qui
cum Principi indicasset tempus
nauigandi, venit ille cum vxoribus
& famulis quasi animi causa in vi-
cina quandā insulam profectu-
rus, donec omnia ad Baptismatis
ritum disponantur. Cum verò na-
uem ingressi essent, Nauclerus ve-
lis expansis versus Hollandiam te-
tendit, ad quam breuissimo etiam
spacio temporis deuenit. Ceterū
Dux ille, qui Iaponi Principi filiam
suam tradiderat, cum intelligeret
generum abiuisse, fraudem suspica-
tus Regi intimauit. Rex vbi co-
gnouisset Principem cum nauigio
Hollandico aufugisse, explorato-
res ac legatos in Hollandiam de-
stinauit, quatenus Hollandici sta-
tus Principem cogerent ad restitu-
tionem bonorum alienorum, aut
non permetterent apud se vterius
dеморari. Cùm igitur & Hollan-
dici Commissarij, & Anglici Lega-
ti Prin-

ti Principein hac de re conuenient, ille rectissimè se fecisse gloria batur, adducens pro exemplo Rachelem quæ Idola patris abstulerat & Israëlitas qui Ægyptum spoliabant. Cumque è contra illi clamarent, hæc exempla non esse omnibus imitanda, Princeps asseruit se ad literam intelligere ac imitari S. Scripturam, quæ non permittat illum errare: quod etiam non semel audiuisset ex ore Anglicanorum Doctorum. Hæc cum Statibus in Haga comitis nunciata fuissent (subsistebat enim Princeps Amsterlodami) putabant Principem non esse scandalo afficiendum propter autoritatem S. Scripturæ, rogabant tamen ut pacis causâ in aliam prouinciam migraret, ne forsitan Angliæ Rex contra Hollandos offendatur. Erat eo tempore Helvetius quidam Capitaneus, qui mille equitibus præerat, & cum in-

telle-

tellexisset quid circa Principem extraneum ageretur , audacter illum adiit , & consilium dedit quatenus abeat ad Academiam Tigurinam : ibi doctrinam fidei recte vereque explicari , Hollandos & Anglos pro hæreticis haberi : se quoque omnem operam daturum, quatenus Princeps saluus & incolumis cum omnibus rebus Tigurum usque perducatur. Placuit Principi conditio , & Capitaneo sese commisit . cum verò Tigurum venisset , & à Capitaneo apud Senatum commendatus esset , honorificas ædes inhabitandas accepit , & à Professoribus Academicis saepiusculè visitatus est , & nonnunquam inuitatus ad publicas disputationes . Factum est verò post aliquot septimanas , ut Princeps ex eminentiori cubiculo per fenestram prospiceret in vicinos hortos & plateas : cumque vidisset duos studiosos in platea

platea litigantes, quorum alter di-
ues erat & Consulis filius, qui pau-
perem iniurijs afficiebat, & dure
verberabat; dolens igitur Princeps
descendit, & filium Consulis gla-
dio transfodit & occidit. Altero
die vidit Nobilem studiosum, qui
in horto quodam hospitis sui fili-
am repugnantem opprimebat: &
hunc Princeps occidit, zelo bono
accensus, ut arbitrabatur. Accusa-
tus porro apud Magistratum &
Magnificum Rectorem, protulit
SS. Biblia Tiguri impressa, & ab
Anglis donata: ex quibus ad suam
iustificationem allegauit, factum
Moysis, Phinees & Matathiae. Hoc
illi audientes coacti sunt tacere, ne
Principem à proposito Christia-
nismi suscipiendi impeditent: ro-
garunt tamen ut in aliam Prouinciam
se conferret, tum propter
Consulem cuius filius trucidatus
erat, tum propter alterius Nobilis
occisi.

occisi cognatos qui vindictam co-
gitabant. Forte fortuna aderat ibi
Legatus Ducis Saxoniae, qui Prin-
cipem allexit quatenus secum pro-
ficeretur Wittenbergam, vbi
Heluetij nullum ius haberent, &
ille sub Electoris potentissimi tu-
tela protegeretur. Cum Legatus
cum Principe venisset ad suum
Electorem, narravit ei omnia quæ
in itinere ex illius ore audierat, to-
tius neimpe vitæ cursum, & quid
in Anglia, quid in Hollandia, quid
denique in Heluetia illi accidisset.
Elector autem omnia contulit
cum suo Concionatore aulico, &
cum aliquot diebus Principem
honorifice & lautè tractasset, Vvit-
tenbergam misit ad Theologicos
Doctores, adiungens illi suum
Concionatorem, qui statim Prin-
cipis Doctoribus explicaret. Do-
ctores cum audissent, quid Prin-
cipi acciderit ex lectione SS. Bib-

G lio-

liorum, putabant illa ex manibus eius esse eripienda; quod ut caute & cum bono prætextu facerent, duas ex Lutherò rationes attulerunt, primò Tigurinam versionem non esse suscipiendam, deinde SS. Bibilia multorum annorum spacio terenda priusquam rectè intelligerentur, sic enim affirmabant Lutherū sensisse in extrema senectute (cum plus sapientiæ ac experientiæ acquisierat) & paucis ante obitum diebus propria manu scriptitasse.

Mox vnu ex præcipuis Professoribus holosericâ togâ & prolixâ barbâ decorus ex quadam charta recitabat hæc verba Lutheri;

Virgilium in Bucolicis nemo potest intelligere, nisi fuerit quinq^u annis Pastor.

Postea semel excrebat cum magna grauitate, & seueriori vultu circumstantes aspiciebat; deinde lectionem prosequebatur.

Virgi-

Virgilium in Georgicis nemo potest intelligere, nisi fuerit quinque annis agricola.

Hoc loco risus excitatus est, propter Islebiensem quendam cui Agricolæ cognomen erat, qui ad hoc nomen auditum sibi barbam demulcebat, quasi sibi solista potestas conueniret. Lector autem rugata fronte ridentes compescuit, & postquam semel exscreas- set perrexit?

Ciceronem in Epistolis (sic præcipio) nemo integrè intelligit, nisi viginti annis sit versatus in Republica aliqua insigni.

Hoc audiens quidam iuuenis Professor, qui epistolas in scholis docebat, valde erubuit: & alij ob illius ruborem inter se mussitabant. At Lector iterum iterumque exscreauit ac perrexit.

Scripturas sanctas sciat se nemo degustasse satis, nisi centum annis cum Prophetis, vt Elia, Eliseo, Ioanne Bapti-

G 2 sta,

46 Lapidis Philosoph.

sta, Christo & Apostolis Ecclesias gubernarit.

Hic substituit paululum Lector,
& cum bis terue eructando peccatus
purgasset, quæsiuit ex Principe
num hæc intelligeret: qui cum an-
nusset, ille coronidem adiunxit.

Hanc tu ne Diuinam Æneida tenta,
sed vestigia pronus adora. Nos sumus
omnes mendici. Hoc est Verum. 16. Fe-
bruarij, Anno 1546.

Princeps hæc audiens admiratus est, quod publici Professores &
tam splendide vestiti Academicæ
essent mendici. quæsiuit igitur, an
alicuius rei indigerent, se ex suis
thesauris Iaponicis aliquid datu-
rum pro sustentatione honestâ.
Tunc omnes asserebant, sibi ab
Illustrissimo Electore magnifice
prouisum. Princeps tamen adhuc
institut quærens, quare igitur addi-
tum est, Hoc est verum? ad quod præ-
cipiuus Doctor tale responsum de-
dit:

dit: Lutherus ex humilitate ita censuit, & scientiæ mendicitatem intellectuexit. Sed Princeps iterum sic obiecit: Si vos in scientia estis Mendici, quas ego diuitias Christianæ doctrinæ à vobis expectabo? ad quod respondit idem, qui ante: Intentio scribentis magis attendi debet, quam sola verba. Ut autem illustrissimus Princeps intelligat, scriptori scientiam non defuisse, ecce librorum decem ampla volumina, quæ ipse pro Testamento posteris reliquit. Mox Princeps ita intulit dicens: Si itaque Tigurina Bibilia à vobis reprobantur, si S. Scriptura requirit Propheticum & Apostolicum sensum, concedite mihi vestri Doctoris volumina legenda: quia ego otiosus esse non possum, sed quæro temporis ac ingenij honestam occupationem; & si necesse fuerit, precium librorum persoluam in Iaponico auro, &

G 3

mune-

munera superaddam. Tunc omnes pariter sibi Principique multum congratulati sunt. & honoris causâ totiusque Academiæ nomine dicta volumina Principi donauerunt, adhortantes ut sedulò peruelueret ea, in quibus doctrinæ Christianæ veritas contineretur.

Princeps post actas gratias deductus est ad vicinam arcem, quā illi Elector deputauerat inhabitantam, vbi grande conuiuum instructum erat, in quo Saxonico more comedebant & bibeant usque ad medium noctem. Etsi enim Princeps sobrietatem coleret, populari tamen consuetudini se se accommodabat, ita ut paulatim disceret egregiè potitare, & magna pocula exhaustire, & quod amplius est Catechisticum vitrum uno haustu euacuare. Interim euoluebat auidè Lutheri volumina, & cū aliquot septimanis legisset, scriben-

bendi modum stylumque diligenter obseruauit, maximè ex epistolis quibusdam, quas olim miserat ad Henricum regem Angliae, ad Georgium ducem Saxonie, ad Albertum Moguntiæ electorem, ad Henricum ducem Brunsvicensē, ad Hollandicos Picardos & Anabaptistas, ad Heluetios sacramentarios & Tigurinos, posthac Principem cupido inuasit vindicandi se de ijs à quibus affectus iniurijs fuisset, scripsit igitur acerrimas litteras & admodum mordaces in regem Angliae totamque illius nobilitatem, deinde ad Hollandicos status, postremo ad Senatores & Academicos Tigurinos. Quod cū factum esset, Tigurini Hollandis, & Hollandi Anglis conquerebantur, afferentes hanc petulantiam non esse tolerandam: donec tandem Rex ipse legatos suos mitteret ad Hollandos & Tigurinos in-

G 4 for-

50 *Lapidis Philosoph.*

formandos, deinde ad ducem Saxonie admonendum, quatenus talem virum ex sua ditione propeleret, alioquin de sanguinolento bello timendum essem. Considerans autem Elector tres bellicosissimos populos conspirasse, ne forte cladem inueheret subditis suis, curauit haec Principi intimari, rogans amicè ut propter vitanda pericula ad Imperatorem se conferret; huc unicum esse cuius potentiam reliqui populi formidarent, & sub cuius protectione tutus latitaret, ab omnibus insidiatoribus immunis. Acquieuit Princeps consilio, & Viennam Austriæ profectus est: ubi cum Imperatori totum iter & statum suum exposuisset commeditatus est RR. PP. Societatis Iesu, qui illum melius informarent, & noua Fidei traducerent fundamenta. Exhibe cum intelligeret, quod Angli, Hollâdi, Tigurini & Saxones

nes hæretici essent, quod Lutherus
fuisse homo turbulentissimus, ut
pote qui totam Germaniam per-
turbasset, iussus est illorum opini-
onibus ac instructionibus renun-
ciare: quod ille statim credidit &
fecit, experientia propriâ edoctus.
Deinde informatus est de SS. Bi-
blijs, quomodo & à quibus sint le-
genda, & qualiter explicanda: né-
pe iuxta Ecclesiæ mentem ac præ-
scriptionem; postremo admoni-
tus est, vnicā ex quatuor retinere
yxorem, ac cæteras à thoro suo se-
parare, quæ tamen honestè habe-
rentur & pro statu suo elocaren-
tur, nisi mallent continentem du-
cere vitam; & in hoc casu illarum
sustentationi esse prospiciendum.
Princeps cùm has conditiones læ-
to animo suscepisset, iterum iussus
est ediscere Christianæ doctri-
næ rudimenta, nempe Symbolum,
Decalogum, & Dominicam

orationen: in quibus Theologicæ
virtutes, id est, Fides, Charitas &
Spes explicantur: & cùm satis in-
structus esset, iamque ad S. Bapti-
fma paratus, cum decentissima ac
regali Legatione missus est Romā
ab Imperatore ad Pontificem: vt
ea in vrbe baptizaretur, quæ caput
Ecclesiæ est vniuersalis. Dici vix
potest, cum quanto gaudio & ho-
nore Princeps Romam sit perdu-
ctus, & quali benevolētia à Chri-
sti D.N. Vicario fuerit suscep-
tus, cum totius Cleri & populi Roma-
ni publicâ ac festiuâ congratula-
tione. Assignatum est illipalatum
insigne in quo degeret, vbi à pur-
puratis Patribus & alijs Prælatis
quotidie fuit visitatus, & pio col-
loquio recreatus; à Senatoribus
etiam & diuersorum Principum
legatis plurimum honoratus, qui
omni die munera ad illum trans-
mittebant. Habuit quidem adhuc
Prin-

Princeps apud se suos Catechistas
Viennenses, sed hisce tamen Pon-
tifex honoris causa addidit alios ex
collegio Romano, qui magis ex-
emplis virtutum quam verbis eum
confirmarent, & cum illo simul
tractarent de Iaponica legatione
instituenda. Erat verò tempus
Quadragesimale quando Romæ
varia exercitia pœnitentię frequē-
tantur, quæ Principem summope-
rè ædificabant & compungebant,
ita ut integris tribus septimanis o-
peram daret ieunijs, eleemosynis,
precibusque, deflens errorem suū,
quòd ab Anglo fuisset seductus; &
gadens de Diuina prouidentia,
quòd Romam videre sibi obtigis-
set. Hoc loco ac tempore Princeps
sensit longè alium spiritum, quam
prius Londini, Amsterdami, Ti-
guri aut Wittembergæ habuisset,
& intellexit maximam differen-
tiam esse inter legere superficiem

G 6

S. Scri-

S. Scripturæ, & inter exercere opera pœnitentiaæ ad gratiam Dei suscipiendam. Cùm tandem sacratissimum tempus Paschale appropinquasset, Sabbatho Princeps sacro Baptismate ablatus est, cum magna solennitate: & die sequenti accepit SS. Eucharistiam in ipso festo Dominicæ Resurrectionis, candidas verò vestes portauit per ostiduum, veteris Ecclesiae more, atque in Dominicæ post Pascha Sacramento Confirmationis munitus est. Patrinus fuit Cæsareæ Maiestatis Legatus, à quo Petri nomen accepit in honorem Principis Apostolorum; Baptista erat ipse vicarius Christi; cum Principe baptizatis sunt omnes famuli & ancillæ, qui ex Iaponia cum ipso venerunt. Vxor legitima ad Catholicam fidem perducta est, & Pontificiæ benedictione illi nouiter copulata. Abdicatae etiam conuersæ sunt

sunt cum omni familia, & singulis
optimè prouisum. Non fuit tale
gaudium Romæ à multis annis;
nam omnes campanæ Ecclesia-
rum pulsabantur, omnes Musici
per choeos distributi fuerunt, Ci-
ues militares in armis, Clerus in
decoro ornatu. Postquam Diuina
officia absoluta fuerunt tam in fe-
sto Resurrectionis quam in Octa-
uis, Princeps à Pontifice ad prâdi-
um inuitatus fuit, vbi Religiosi vi-
ri aliquot simul interfuerunt, quo-
rum modestiam & sobrietatem,
aliaſque virtutes cum ante oculos
haberet, tenerrimè lachrymatus
est, & in hæc verba prorupit: O
qualis spiritus & quanta gratia est
in Ecclesia Christi! quamdiu apud
Anglos & Hollandos, apud Tigu-
rinos & Wittenbergenses mansi,
nihil sapiebam nisi carnem & san-
guinem, edere ac bibere, ac volu-
ptatibus indulgere: nunc verò o-

mnia ista mihi nauseam pariunt, &
omnia visibilia contemno, nihil
que gratius esset quam inter Reli-
giosos viros Deo soli deseruire, si
vxor consentiret; cui etsi relin-
quam ius coniugale, nihilominus
laetus moriar, quod factus sim in
Ecclesia Romana Christianus, &
huic Ecclesiæ cum omni familia
incorporatus, letor præcipue, quod
charissima coniux transfierit ad ve-
ram Religionem, teneatque me-
cum eiusdem Fidei doctrinam. at-
que utinam liceat mihi aliquando
pro nomine & honore D. N. Iesu
Christi sanguinem profundere, &
tyrannorum supplicia sustinere!
Hæc dicens subticuit. Quid verò
ulterius cum hoc Principe actum
sit, non est huius loci narrare: illud
subticere non possum, quod haere-
tici magno dolore fuerint affecti,
postquam hæc omnia per vniuer-
sam Europam suissent diuulgata:
quod

quod scilicet hunc Principem non potuerint perducere ad suam se-
ctam. sed id nos neutquam admi-
ramur, qui scimus conuersionem Gentium soli orthodoxæ Ecclesiæ
à Prophetis promissam, & à Deo concessam fuisse. Est equidem vna ex illustrioribus Ecclesiæ notis & ornamentis, quæ illi sponsus Christus donauit, qui cum Patre & Spi-
ritu sancto sit benedictus Deus in
sæcula sæculorum Amen.

INSTRUCTIO.

AD rem aliquā benè intelligen-
dam non parum valet, si nomi-
num seu verborum significaciones
ritè cognoscamus, & si scriptor
mentem suam scopumq; insinuet
Lectori. Vtrumque nunc facien-
dum erit, ne cuiquam cauillandi
& calumniandi ansa detur. Titulus
igitur narrationis huius hic est, Pa-
rabolicam Paradigma: & vtrumque
nomen

58 Lapidis Philosoph.

nomen à Græcis mutuatum est;
Parabola equidem idem est quod
similitudo, & Paradigma idem
quod exemplum: & dicere posse-
mus, exemplum similitudinis; Hoc ge-
nere doctrinæ usus est Christus in
Euangelio, ut patet ex plurimis lo-
cis. de X. Virginibus, de seminan-
tibus, de negotiantibus, de nuptijs,
de que alijs rebus; imò de Lazaro &
djuite, an historia sit, an parabola,
inter scriptores disputatur. Para-
bola igitur non est propriè histori-
ca narratio, quæ realiter facta sit:
sed ingeniosa introductio alicuius
rei, quæ aliquando fieri posset aut
potuisse: in qua tamen vel myste-
ria Fidei, vel morum documenta,
aut occultè insinuantur, aut palam
exponantur. Sicuti etiam aliud est
doctrinæ genus, quod fabulas seu a-
pologos appellamus, quo Aesopus fuit
delectatus: in quo genere bruta a-
nimantia (vel etiam insensibiles

crea-

creature) introducuntur, ad hominem rationalem moraliter eruditum. Sed ad parolas reuertamur, & præmissam narrationem explicemus.

Totum quod hic refertur, numquam contigit: quia nullius scriptoris autoritate fulcitur; fieri tamen potuisse, aut adhuc temporibus futuris accidere posset: quia nihil impossibile comprehendit. Scimus enim Iaponiam esse, & in eam Catholicos Sacerdotes penetrasse, & maltos ex populis & Nobilibus conuertisse: scimus etiam quendam Iaponiae Principem suos Legatos Romam misisse sub Paulo V Pontifice, & ad S. Baptisma anhelasse; scimus præterea ad eam Insulam & Anglos & Hollandos crebrius nauigare, quin etiam Catholicae Religionis successum aliquando impedire: ut constat ex literis RR. Parrum Soc Ies. scimus deni-

denique in quo statu Religionis nunc versetur Anglia, Hollandia, Heluetia, Saxoniamque: ita ut nullus conqueri possit de iniurijs illatis in hac parabolica narratione.

Scopus Parabolæ est, ostendere diuersum effectum, quem aliquis Gentilis consequi posset ex lectio-
ne S. Scripturæ, & quam sapienter Ecclesia Catholica Catechumenis tradat symbolum Apostolorum. Quia enim in præcedenti discurso egimus de hisce alijsque considerandis, volui hæc omnia per similitudinem aliquam illustrare ac declarare in qua etiam similitudine Lector ingeniosus multa posset obseruare, & ad suam trahere eruditio-
nem, de quibus breuiter age-
mus.

I. Obserua quod sola Ecclesia Catholica Romana accepit à Christo potestatem ad Gentes cōuertendas. Sic enim à Prophetis

præ-

prædictum est, & confirmatur ex historiæ Ecclesiastice amplissimo theatro. Qui hac de re cupit legere vberiora, videat doctissimi viri Tho-
ma Bozij eruditissimos tomos de si-
gnis Ecclesiæ, presertim lib. 3. 4. & 5.

2. Accipe tabulam Geographi-
cam ante oculos tuos, & vide in il-
la totius mundi delineationem, id
est, Asiam, Africam, & Europam,
& considera singularum partium
regiones; reuolue postmodū præ-
teriorum temporum Annales, &
videbis ea esse verissima, quæ dixi
de Gentium conuersione. sed ac-
cedamus ad Europæ Prouincias
notiores; Quis Angliam conuer-
tit? S. Gregorius PP. id est, per
discipulos suos. Quis Hassis &
Thuringis prædicauit? S. Bonifa-
cius Episcopus, ordinatus Romæ
à Pontifice Gregorio II. & ab
eo in hanc messem cum autho-
ritate destinatus. Quis Hollan-
dis

62 Lapidis Philosoph.

dis euangelizauit? S. Willebrordus Episcopus Romę consecratus,
Quis Saxoniae primos Episcopos dedit? D. Carolus Magnus primus Imperator ex Germanis, ex voluntate Summi Pontificis & consensu. Quis Danos, Suecos & Norvegios erudiuit in fide? S. Anscharius à Romano Pontifice ordinatus. Et simili modo asserere ac probare potero de prouincijs omnibus totius Europæ.

3. In eadem tabula peculiariter intueri Iaponiam, insulam remotissimam: & considera admirabile consilium Dei, & latens mysticum in S. Scriptura.

Lo quippe tempore, quo Europam nouæ hæreses obscurarunt: Deus Ecclesiae suæ ministros misit ad illuminandum populum, qui in tenebris sedebat. Talibus ministris inclamat propheticus sermo hisce verbis: *Ite Angeli veloces ad gentem*

con-

conuulsam & dilaceratam ; ad populum
terribilem post quem non est alius : ad
gentem expectantem & conculcatam,
cuius diripuerunt flumina terram eius.
Isaiæ cap. 18.

4. Considera, quod ex hisce
Angelis fuerit Franciscus Xauerius
Societ. I E S V Sacerdos, & vnum ex
primis decem Fundatoribus : qui
velocissimo cursu, id est, breuissi-
mo spacio decem annorum Indiā
& Iaponiam peruersit euangeli-
zando, & multas alias regiones &
insulas sua doctrina illustravit, &
aliquot millia gentium baptizan-
do in Ecclesiæ ouile adduxit. Et tu
simul hoc loco expende apud ani-
mum tuum in secretis conscientiæ
tuæ, an tutius velis huic tam sancto
viro, virtutibus & miraculis clarissimo,
in Fidei & salutis æternæ ne-
gotijs adhærere : an porro auscul-
tare ijs, qui se ab Ecclesia segregar-
unt, & consequenter in tenebris
am-

ambulant, & qui hucusque nec vnum quidem ex gentilibus conuertere potuerunt, nec vnquam conuertent. Quam inexcusabilis eris ô homo si ad ea cæcutias quæ Deus tam manifestis & publicis indicijs ostendit, & quasi ex porrecto digito demonstrat Ecclesiam suam, cui credere & obedire debeamus, & quam ille nunquam errare permittet.

5. Considera, quod in S. Scriptura Iapones non tantum generaliter insinuentur, sed etiam singulariter nomine suo exprimantur. Non enim tantummodo dicit Deus: in persona Prophetæ sui, *Me Insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt.* Isaïæ cap. 5. v. 5. Sed etiam distinctius loquitur, cum ait: *Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes in mare in Africam & Lydiam tenentes sagittam: in Italiam & Græcam & Insulas longè: ad eos qui non au-* die-

dierunt de me & non viderunt gloriam
meam: & annunciant gloriam meam
gentibus. Quem locum veteres 70.
Interpretes sic transtulerunt;

Emittam ex eis Saluatos in Gentes
Tharsis & Lud & Phud, & Mosech &
Tobel & in Græciam, & in insulas lon-
ge. Xantes verò Pagninus ita ver-
tit? Isaiæ cap. vltimo seu 66 Mit-
tam eis euasores ad Gentes Tarsis, Pul
& Lud trahentes arcum, Tubal & Ia-
uan, ad Insulas longin quas. Ecce audi-
uisti Iauan, & quomodo per hanc
vocem Iaponia insula insinuetur, de
qua hucusque loquor, ingeniosissi-
mè illustrat Bozius lib. 20. cap. 3.
Non igitur ineptè Iaponiæ Princi-
pem ego in præcedenti parabola
introduxi.

6. Considera in Geographica
tabula etiam nouum orbem (qui
Carolinus vocatur) & sua magni-
tudine certat cum Asia, Africa &
Europa simul. Habet equidem Im-
peria

peria duo. Mexicanum & Peru-
num, Reges plurimos, & populos
innumerabiles. In hunc orbem
Romanus Pontifex nisit diuersos
Religiosos, qui exiguo tempore
spacio aliquot centena hominum
millia baptizarunt. De hoc orbe
tibi narrare possem multa mirabi-
lia. quæ non sunt huius loci; tu tan-
tum id penitus tibi persuadeas,
quod Gentium conuersio non si-
nisi apud Ecclesiam Catholicam
Romanam, in qua si consistis, gau-
de & gratias age Deo: si extra illam
te inuenis, citò citius ad illam te re-
cipias: quia extra hanc non est sa-
lus, neque Christus te agnoscat in-
ter oues suas, si contempseris oue-
le illius.

7. Considera, quod Christus
Iudex in suo tribunali hædos dam-
nabit, & oues saluabit Matth. 25.
Labora igitur ut sis inter oues, &
salutem consequaris: præstante eo-
dem

dem D. N. Iesu Christo, qui cum
Patre & Spiritu sancto sit benedi-
ctus in saecula saeculorum, Amen:
qui omnes nos illuminare digne-
tur, & ad vitam aeternam perdu-
cere, per amplissima Merita vitae
& Passionis sue. Amen Amen.

P A R S IV.

In qua differitur

D E I E R V S A L E M V E-
T E R I E T N O V A.

INter cæteras Ecclesiæ figuræ ad-
modum excellit Vrbs Ierusalem,
in cuius voce ac typo ita ludunt &
iubilant sacri Prophetæ, quasi in il-
lius contemplatione satiari mini-
mè possint. Nam quoties obsecro
eam appellat Psalmista? quantum
in ea recreatur Isaías? de reliquis
Prophetis quid dicam? unus Eze-
chiel à capite 40. usque ad finem
libri, ita eam describit, ut applica-

H r i o

tio partium metropoli Iudæorum
nequeat conuenire, Quapropter
S. Hieronymus huius descriptionis
explicationem reformidabat, ve-
luti in extricabilem Labyrinthum,
Idem sensit *S. Gregorius* Papa. Et
ipſi Iudæorum Rabbini hoc loco
tanquam stupidi & attoniti consi-
ſtunt. Sed ipſe Ezechiel admirabili
ſententia & profundo mysterio
totam visionem ſuam ita conclu-
dit: *Et nomen Ciuitatis ex illa die, Do-*
minus ibidem. Hoc eſt quasi totius
epistolæ hieroglyphicæ insigne ſi-
gillum & ſymbolum magni Regis,
qui eam epistolam ſuo Prophetæ
tanquam ſcribæ & amanuensiſ di-
ctauit. Et ſicuti Meſſias ab Iſaiā
cap. 7. vocatur *Emmanuel*: id eſt no-
biscum Deus; ita Ecclesia illius no-
minatur *Dominus ibidē*. Imò quem-
admodum Angelus Gabriele ex Di-
uijn authoritate nomen illud pro-
priè enunciauit, & hunc Iſaiæ lo-
cum

cum clarissimis verbis illustravit,
dicens ad B. V. Mariam: & vocabis
nomen eius Iesum, Luc. 1. quæ ipissi-
ma verba repetit loquens ad Iose-
phum titubantem Matt. 1. ita non
debet insignis Scriptor qui hoc Ci-
uitatis descriptæ propheticum no-
men explicit de vrbe Romana,
quatenus est caput Ecclesiæ uni-
uersalis. Et omnino necesse est, ut
nomen illud conueniat alicui vrbi
celebri ac spectabili, quæ reliquas
antecellat in orbe Christiano; sed
talis non est præter Romanam, ergo
videtur illi nomen hoc aptissime
accommodari. Accedit, quod Di-
uina Prouidentia (quæ omnia sa-
pientissime disponit) factum sit, ut
Hierosolymæ vrbis ac templi præ-
cipua ornamenta Romam transla-
tasint, & in publico triumpho so-
lenniter circumportata. Nunquid
enim facta quædam habent voces
sue: præsertim quæ Diuinitus or-

H 2

dinan-

dinantur? scimus vero hanc cladem Iudæorum virbis ac templi prædictam à Prophetis, ac cælitus missam propter crudele facinus in Messiam commissum. Sicuti igitur casu aliquo Ierusalem non est vastata, ita etiam ornamenta Reip. Iudaicæ non sunt fortuitò translatæ Romam. In hac enim translatione tacitis verbis loquitur Deus quasi diceret:

Hactenus veteris Ecclesiæ caput fuit Ierusalem, de cætero Ecclesiæ nouæ caput erit Roma. Quod ut orbis terrarum uniuersus sciat & agnoscat, ipsa potiora Iudæorum insignia volui Romam transferri. Hoc Dei admirabile consilium omnes merito considerare, & magnis laudibus prosequi debemus. Sed ipsa ornamenta prius referamus ac intueamur.

1. Lex Moysis cum velis purpureis posita in Capitolio Iouis.
2. Mensa aurea ponderis talenti magni.

magni, quæ stabat olim in Templo.

3. Candelabrum aureum similiter Templi pars decora: vtraque posita in Templo pacis Romæ *ste Iosepho lib. 2. cap. 2. 4.*

4. Rex ultimus Agrippa Romanum ultroneus migravit, & ibidem obiit, ut reor.

5. Nec dubium, quin ex genere Aaronis plurimi in hoc triumpho Romæ fuerint occisi.

6. Arca fœderis cum thesauro suo, id est, cum virga Aaronis & tabulis Moysis, adhuc Romæ servantur in Ecclesia S. Ioannis de Laterano, ut Adrichom. affirmat.

6. Quatuor columnæ, & panes propositionis, & alia vasa templi similiter Romæ ostenduntur. *Idem:* Iste triumphus contigit an. Chr. 72. Kal. Iul. cum S. Petrus Princeps Apostolorum suam Cathedram Romæ collocasset ante annos 28.

H 3 & an-

& ante annos tres, cū Coapostolo suo S. Paulo eandem vrbeim sanguine suo purpuratam consecrasset, & mirifico splendore illustrasset. Ab eo tempore gloriosum fuit omnibus Christianis Regibus & Principibus Romam vidisse, & Sanctorum Apostolorum limina honorasse, ipsumq; Christum Dominum nostrum in suo Vicario pedum osculo salutasse. Hoc prius preuiderat in spiritu Isaias cap. 60. dum ait: *Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum qui detrahebant tibi & recabunt te Ciuitatem Domini, Sion Sancti Israel,* & cap. 49. Et erunt Reges nutriti tui, & Reginæ nutrices tuae vultu in terram dimisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. De quibus omnibus pulcherrimè philosophatur Thomas Bozzius lib. 17. cap. 6. & lib. 20. cap. 4. & 5. de signis Ecclesiæ.

Vt

Vt autem S. Ezechieliis descriptio-
nem clarius intelligamus, recur-
rendum erit ad ea quæ D. Ioannes
refert in sua Apocalypsi cap. 21. Vbi
ad Ezechieliis visionem collimat, vt
Alazar non frustra opinatur; quâ-
uis distinctio quædam sit adhibi-
benda. Est equidem Ecclesia mili-
tans & triumphans, & vtraque sub
voce Ierusalem continetur. Idcir-
co licet S. Ioannes de militanti Ie-
rusalem agere videatur, altius ta-
men interdum volat, & quædam
eructat quæ de triumphanti tan-
tum intelligi debent. Sed hæc alte-
rius loci erunt, nunc reuertor ad
Ecclesiam militantem, ad Ierusa-
lem Christianam, de qua Prophe-
tæ vaticinati sunt, quod esset dilata-
tanda per 4. plagas mundi. Hinc
Isaias ait cap. 54. Dilata locum tentorij
tui, & pelles tabernaculorum tuorum ex-
tende ne parcas, longos fac funiculos tuos,
& clavos tuos consolida; ad dexteram

H 4

enim

enim & ad lœuam penetrabis, & semen tuum gentes hereditabit. Quod licet Apostolorum tempore impleri cœperit, nostro tamen quoque sæculo fieri videmus. Nam ad dexteram quasi est India Orientalis cum regionibus & insulis adiunctis: ad lœuā vero mundus nouiter repertus siue India occidentalis; & nunc peruererunt Euangelici Prædictores usque ad Chinas de quibus Isaías prædixit cap. 49. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab aquilone & mari, & illi de terra australi, siue de terra Sinarum, ut Cornelius vertit, illustrat, & propugnat. Ad hosce extremos populos anhelabat S. Franciscus Xauerius. sed post ipsum alij penetrarunt, de quibus agit Nic. Trigautius in historia Sinensi. Quin etiam cum Ieremia Propheta cap. 10. gloriari posset Ecclesia, & dicere: Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de

ophaz:

ophaz: opus artificis & manus ærarij:
hyacinthus & purpura indumentum eo-
rum, opus artificum vniuersa hæc. Quo
loco per nomina Tharsis & Ophaz
seu Ophir, utramq; Indiam intel-
ligi volunt. Et licet Salomon Rex
Iudæorum olim miserit naues suas
in hasce regiones, ut Serar. in 3. Reg.
10. exponit, & Pineda in prævio Sa-
lomone latius prosequitur: ista ta-
men nauigatio postmodum inter-
missa est, quo usque Hispani & Lu-
sitani eam instaurarunt; & hac via
simul introducuntur Catholici Sa-
cerdotes, qui lucem Euangeli popu-
lis annuncient. Et licet Hollan-
di & Angli aurum & argentum
quoque ijs in locis quærant nemini-
nem tamen conuertunt vel bapti-
zant, quod certè profundiori indi-
get consideratione. Mundus enim
non ex voluntate hominum regi-
tur, sed ex consilio Dei, qui Eccle-
siam suam Propheticis & Aposto-

H. 5. licis.

licis notis exornat, & hæreticos in
terrena substantia corroganda oc-
cupatos relinquit. Quia enim que-
dam aliquando faciunt opera bo-
na in eleemosynis erogandis, &
circa iustitiam obseruandam, aut
alia huius generis: mercedem ac-
cipiunt in rebus terrenis, cæterum
spiritualia cælestia que præmia Ec-
clesiae filijs reseruantur, ut non tan-
tum seipsoſ saluos faciant, ſed alios
etiam trahant ſecum, veluti Pifca-
tores in Sagenā plurimos poſt ſe-
pifces trahunt, de quibus Pifcatori-
bus prophetauit Ieremias cap. 16.
v. 16. & Ezechiel cap. 47. v. 10.

P A R S V.

In qua proponuntur.

D V O D E C I M C O N S I-
D E R A T I O N E S .

i. **E**xpende diligenter verba Isa-
iæ cap. 40. vbi ait in persona
Dei: *Levate in excelsum oculos vestros,*

& vi-

& videte quis creauit hæc. vbi prouocantur Iudæi ad considerandum opus Creationis. Ego te allico ad contemplanda opera Diuinæ gubernationis, inter quæ refertur mirabilis fundatio, propagatio, & dispositio Ecclesiæ Christianæ, cuius Deus singularem curam gerit tum propter suam bonitatem & promissionem, tum propter illos qui sese illius tutelæ peculiariter commiserunt, ex Fidei infusæ lumine, impulsu & calore: quos tanta Majestas nunquam deseret, & quorum absque dubio maiorem rationem habebit quam volucrum & lilio rum: ad quæ remittit nos Sapientia æterna, cuius infallibili decreto statutum est, ut nec capillus de capite suorum Apostolorum perire posset absque voluntate Diuina.

2. Si non sentis te satis excitari ex Diuina assertione, reflecte oculum mentis ad lumen naturæ, &

H 6

hu-

huius magistros ausulta, Aristotelem dico & Platonem, Senecam & Plutarchum, & alios Philosophicæ professionis? Audi obsecro Ciceronem ita tibi loquentem: *Quis est, qui cum oculos in cœlum sustulerit, Deum esse non sentiat?* Hæc absque dubio ille protulit & intellexit de visibilibus rebus, id est, de ornatu & motu cælorum, de claritate stellarū, de solis splendore &c. Similimodo audi virum Catholicum tibi in clamantem: *Quis est, qui cum oculos in Ecclesiam sustulerit, Deum esse non sentiat?* Vbi enim tot mirabilia sunt, quæ sola virtute Diuina efficiuntur, ibi necesse est Deum non tantummodo adesse, sed etiā peculiariter operari.

3. Ne longis ambagibus te circumducam, audi quæ dico. Si solem tibi ostendo, nunquid eum à minoribus stellis discernes? si palatium splendidissimum demon-

stra-

strauero, nunquid pluris æstimabis
quam tuguria & casas rusticorum?
quod si Romanum videris, nonne il-
lā præferes cunctis Italiae vrbibus?
Ita cogitabis de Ecclesia Christi,
quam clarissimè & distinctissimè
tibi sacra eloquia ostendunt. Et o-
mnino necesse est, ut Civitas sit ali-
qua manifesta: quemadmodum
Ierusalem fuit post Salomonem &
Zorobabelem; quia etenim Eccle-
siæ filij sunt visibiles, sequitur ut
habeant visibilē Matrem, in cuius
finu & prouisione conquiescant.
Qui Ecclesiam inuisibilē statuunt
multis se illaqueant nodis, donec
apertè visibilem agnoscant.

4. Cùm animo tuo persuasum
fuerit, quòd Ecclesia Christi visibi-
lis sit (quemadmodum argumentis
piurimis doceri & probari potest)
tunc necesse est ut per differentes
certasq; notas hanc visibilem Ec-
clesiam inquiras. Inter varias no-

tas hæc vnica est, quòd vera Ecclesia potestatem habeat conuerten-
di Gentes, & quòd reges Gentium
cōuersi huic Ecclesiæ reuerentiam
& obedientiam præstent, & quòd
legationibus muneribusque ean-
dein colant (sicuti paulò ante ex o-
raculis Propheticis audijsti ac de-
gustasti) atque ex hijsce concludes
hanc notam nulli Ecclesiæ conue-
nire, nisi Romanæ.

5. Considera, quòd animæ rationalis conuersio sit opus Dei peculiare & manifestum. Est autem duplex conuersio, una qua homo se conuertit ab erroribus ad veritatem, altera qua se conuertit à peccatis ad statum gratiæ & salutis. Et hanc conuersionem vocare licet non tantum opus Dei singulare, sed miraculum, id est, opus supra naturam, nemo enim illustrat, nemo iustificat mentem humanā, nisi solus Deus, vt causa principali-

lis: quamuis ipse vtatur Angelis
seu hominibus tanquam instru-
mentis dispositiuis.

6. Considera, quod Gentes i-
dololatræ indigeant vtraque con-
uersione. Sedent enim in profun-
dissimis tenebris, quia Deum verū
ignorant: hærent quoque in gra-
uissimis peccatis, quia diabolo &
idolis seruiunt, & affectibus illici-
tis indulgent. Hæc ita se habere,
nemo ignorat: qui Gentium ritus
& historias legit. Quando igitur v-
nicus Religiosus tam cæcas, tam
impias & barbaras gentes (quales
sunt in India occidentali, vbi hu-
manis carnibus vescuntur & alia
horrenda scelera committunt) suis
concionibus & adhortationibus tā
copiosè conuertit, vt decennij spa-
cio ad Christi ouile perducat plus
quā centena millia: hoc euidentē si-
gnum est ibi Deum adesse & ope-
rari per suum instrumentum. Cum
verò

verò Deus falsis Doctoribus non & mis
præbeat testimonium aut adiutoriū
rium vel qualemcumque fauorem
pro falsitate propaganda (non est
enim communio vel coniunctio
lucis Diuinæ cum tenebris huma-
nis) inde concludes rectissimè ra-
lem Religiosum esse instrumentū
veritatis & ipsius Dei, & Fidei ve-
ræ cultorem, & Ecclesiæ orthodo-
xæ membrum. Quocirca si illius
Religiosi fidem amplexus fueris &
imitatus non poteris à veritatis &
salutis scopo aberrare, sed iam cō-
sistis in ea via, quæ te ducat ad vi-
tam æternam.

7 Accipe vitam S. Francisci Xa-
uerij de Societ. Iesu, vel B. Ludo-
nici Bertrandi Dominicanī, vel P.
Martini de Valentia Franciscani &
inter legendum obserua quam fe-
lici successū tot millia gentium cō-
uerterint. Deinde inuestiga, cuinā
Ecclesiæ illi Doctores adhæserint
&

& ministrarint, & à quibus legitimi
mis superioribus missi fuerint: &
cum intellexeris hosce fuisse filios
Ecclesiæ Romanæ, & iussu vel con-
sensu summi Pontificis à suis Præ-
latis esse missos ad prædicandum:
conclues quod Romana Ecclesia
sit vera Ecclesia Christi: Nisi enim
talis esset, nunquam Diuina Sapi-
entia hisce Legatis suam addidisset
autoritatem, suamq; ipsis gratiam
contulisset in Gentium conuersio-
ne. Quia (vt semel pro semper di-
cā) Deus nō cooperatur malo, quia
nihil magis suæ Bonitati contrariū
est: nec cooperatur falso, quia nihil
ita veritati suæ aduersatur.

8. Nolo te remittere ad vete-
res historias legendas, considera
tantum ea quæ nouissimis hisce
temporibus acta sunt & adhuc fi-
unt in Gentium conuersione. Non
ignorabis, quod VVittenbergæ in-
cepert noua dogmata Lutherus,
Tigu-

Tiguri Zuinglius, Genevæ Calvinius. Inquire igitur an post annum Christi. 1517. aliquis ex hisce locis profectus fuerit ad Idololatras gentes, easdemque Euangelica luce illustrarit. Inquire similiter, an eiuscmodi Gentes miserint unquam Legatos vel munera ad praedicta loca, in recognitionem Fidei acceptæ, vel in signum Fidei suscipienda. Cum verò inuenieris talia nunquam contigisse, reputabis in illis Ciuitatibus Ecclesiæ veræ caput seu præsidem non residere. Audi Christi verba Luc. ii. *Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.* Ita haeretici nō colligunt Gentes ad Ecclesiam, sed oues potius ex ouili turbant ac dispergunt: id est, nullum Idololatram conuertunt, sed multos Christianos & Catholicos seducunt. Vnde Christus bono Pastori furem & latronem opponit, Ioan.

io. &

10. & subiungit: *Fur non venit, nisi ut
furetur, & mactet & perdat.*

9. Vide, quanta admiratione
dignū sit, quod hæretici cæcos ha-
beant oculos ad Ecclesiæ clarissi-
mum splendorem perspiciendum.
Ipsa nunc fulget in India, Iaponia
& China: ipsa refulget apud Aby-
finos in Æthiopia: ipsa resplendet
per Brasiliam & nouū mundum: &
hi radij solares ab Ecclesia & vrbe
Romana producuntur: & tamen
hæretici nec ipsos radios vident,
neclumen solare intuentur, sed o-
culis clausis contra luminis fulgo-
rem rebellant. Tu autem ad alios
te compone mores, & operibus
Diuinis da honorem, tuæque pro-
spice saluti. Aures igitur & oculos
aperi, id est, audi Prophetas, & in-
tuere Ecclesiam; huic Prophetæ te-
stimonium dederunt, priusquam
fundata esset: & vbique iam illa re-
splendet, ut occultari non queat.

Est

86 Lapidis Philosoph.

Est enim Ciuitas supra montem posita, & D. Ioannes *pocal. 1.* eleuatus est in montem altum, in quo vidit Ciuitatem sanctam Ierusalem habentem claritatem Dei.

10. Accipe Isaiam Prophetam, & considerate tractimque lege caput 60. & postea iterum reuoca ad mentem verba ilia v. II. Et aperiens portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo Gentium, & Reges earum adducantur: ut autem ex hac lectione maiorem accipias fructum, quædam pro fundamento annotabis. 1. quod Deus per Prophetam loquatur ad Ierusalem. 2. quod ista nequeant accommodari metropoli aut genti Iudæorum. 3. quod necesse sit ut exponantur de Ecclesia Christiana. 4. quod peculiariter conueniant Ecclesiæ Romanæ, quæ est Mater omnium Ecclesiarum. 5. quod omni tempore, id est, singulis

sæcu-

sæculis Gentes quædam ad Ecclesiā sicut perducendæ; hoc est enim, aperientur portæ tuae iugiter. 6. Quod Conuersio Gentium non sit tantum instituenda in tempore prospero, sed etiam aduerso: & hoc est, die ac nocte non claudentur. Quod non Gentes solummodo, verum etiam Reges earum sint ad Ecclesiam adducendi. Hoc igitur Isaiae caput non suffragatur Lutheranis aut Caluinistis, sed Catholico-Romanis.

11. Et si Ecclesia hæc Romana varias habuerit clades & aduersitates: ego tamen duas præcipue considerandas ante oculos ponam, unam quam intulit Mahometes & alteram cuius auctor Lutherus; & forsitan huc oculum Propheticum coniecit Psalmista dum ait: Exterminavit eam aper desylus & singularis ferus depastus est eam. Psal. 79. loquitur de vinea Domini per quam Ecclesia

tem
ele-
quo
ufa-
am,
ca-
a ad
ien-
non
rudo
tur:
em
pro
iod
ad
ant
en-
vt
ia-
ni-
est
5.
lis
u-

clesia designatur, Christo affirmata sint
te; forsan etiam huc collimat A. post
pocalyptica Prophetia de bestiis est, T
duabus, quarum altera ascendit de extre
mari, altera de terra cap. 13. Scimus 12
enim quod Arabia iaceat inter rata
mare rubrum, Sinum Persicum & meo
Indicum: & quod Saxonia sita sit incli
in terra continenti. Mahomet igi
tur Arabs Ecclesiam Orientalem quim
exterminauit, & Lutherus Saxonie
Occidentalem depastus est in pla
ga septentrionali: sed mox magna
consolatio adiungitur cap. 14. nam
cum Agno sunt 144. millia, & An
gelus quidam portat Euangeliū
æternū pro prædicatione noua,
tum denique cecidit Babylon illa
magna. Ex quibus tria colligo ad
meam instructionem. 1. quod al
liquot millia hominum sint con
uertenda ad Ecclesiā, quæ est Mons
Sion; 2. quod hunc in finem Ange
li, id est, Legati seu Apostolici viri
sint

rimā sint mittendi ex hoc monte; 3. quod
at A postea Babylon sit destruenda, id
est, Turicum Imperium omnino
lit de extirpandum.

12. Post tantas clades consideratas & deploratas, audio in corde
meo resonare Isaiam cap. 40. &
in clamare: *Consolamini, consolamini,
popule meus, dicit Deus vester. Lo-
quimini ad cor Ierusalem, & aduoca-
te eam, quoniam completa est malitia
eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit
de manu Domini duplicitia pro omnibus
peccatis suis.* Quia propter præce-
dentia peccata tam Orientales quā
Septentrionales puniti fuerunt.
Nunquam enim Deus hæreses &
clades ante prædictas permisisset,
nisi culpa grauis hoc meruisset. &
quidē nulla grauior est pena huius
vitæ, quam excæcatio mentis: per
quā homo amittit lumen gratię, &
permittitur in suis tenebris ambu-
lare. Fames, bellum, pestis: pecca-
torum

torum pœnæ sunt, & propter pe-
cata infliguntur: sed corpus tan-
tum lædunt, & animam sanant.
contra hæresis animam vulnera-
dum corpori suas voluptates in-
dulget. Promittitur igitur Ecclesia
magna & singularis gratia, post
duplicatas clades. Expendamus
paupilulum hanc gratiam, & inue-
stigemus Diuinæ consolationes.
Qua in re possem esse copiosus ac
esthus, sed paucissimis verbis plu-
rima compræhendā; ausulta igi-
tur ac perpende, Dum Mahome-
tes Orientem vastat, Deus septen-
trionem illustrat; quando Lüthe-
rus septentrioni nebulam immit-
tit, Deus Ecclesiæ suæ aperit & do-
nat nouum & amplissimum or-
bem. Erumpamus igitur in vocem
laudis & gratiarum actionis, &
cum Isaia dicamus cap. 49. Lauda-
te celi, & exulta terra, iubilate montes
laudem: quia consolatus est Dominus po-
pulum

pulum suum & pauperum suorum miserebitur.

P A R S VI.

In qua sunt

S E P T E M P R E C A -
T I O N E S .

H Vcusque bone Lector, introduxi te ad lapidem Philosophicum inuestigandum, & inuitauit te ad illum conspiciendum: nunc porro vias rectissimas ostendam, ut illum assequaris. Quid enim proderit Negotiatori, si gemmam preciosissimam inueniat inter arenas maris, aut pulueres terrae: candemque à longè aspiciat resplendentem, & anhelo corde concupiscat: si tamen consequi nequeat, vel quia scopuli periculosi, vel quia impenetrabiles viae sele interponunt: aut certè quia est fundi Dominus potens, sine cuius voluntate

I & fauo-

& fauore non liceat gemmam istam attrectare , multo minus auferre . Ita omnino agitur circa lapidem nostrum , cuius possessor est Rex potentissimus , à quo oporteat illū humili prece emendicare . Ad hæc melius cognoscenda , scire oportet , quod triplex sit scala exercitationis spiritualis , seu contemplatiuæ vitæ ; quæ consistit in legendō , meditando & orando . Lectio enim recolligit & pascit mentem , meditatio illustrat & inflamat , oratio ineffabilibus epulis satiat , replet & contentat . postquam igitur de duabus primis partibus obiter egimus , restat ut ad tertiam transeamus . Hanc quia multi negligunt , nunquam perueniunt ad cognitionem veritatis : quantumuis prolixa lectione ac inuestigatione seipso crucient ac eneruent . Quia nobilissimum medium , & maximè necessarium , vel non volunt

lunt vel non sciunt accommodare , nempe humilem orationem.
Ad huius virtutis exercitium multanos impellunt.

1. Quia pauperes sumus & miseri, immo vilissimi mendici.
2. Quia Deus est fons veritatis & gratiae, & omnis boni.
3. Quia Deus sic ordinavit, ut per orationem illius bona consequamur.

Dum igitur homo considerat & agnoscit suam inopiam , & est contra diuitias & liberalitatem Dei: dum etiam attendit sibi necessitatem orandi impositam: facit instar mendicorum, ne fame pereat & ob suam negligentiam fiat sui ipsius homicida. Quapropter opus est, ut superbus homo se humiliet coram Deo. Hæc humilitas plerumque hæreticis deest , & idcirco in tenebris suis sua culpa perseuerant. Tu vero quisquis lapi-

I 2 dem

dem secretissimum imo Sacratissimum consequi exoptas, humilitate profundè, & supplicabundus ad Christum Dominum nostrum accede. vt autem citius exaudiaris, ipsius amplissima merita per te interpone, & pro mysterijs Redemptionis nostræ illi gratias age: tum deniq; cum omni reuerentia confidenter postula, quod est tibi ad salutem necessarium: & ipse replebit in bonis desiderium tuum. Prinus tamen peccata tua agnosce, de ijs dole, & veniam pete, dicens flexis genibus & vultu in terram demissò Psal. 50. *Miserere mei Deus.* (Plerumque enim qui hæresi sunt inuoluti, sunt etiam alijs peccatis multis defædati) deinde subiunges Psalmum 66. *Deus miserearur nostri:* tum denique vnam ex hisce Orationibus, prout dies assignata occurret.

OR A-

ORATIO PRIMA

Pro Feria secunda.

Gratias ago tibi, O suauissime
Domine Iesu Christe, pro ama-
bilissima Infantia & Pueritia tua:
per quam te humiliter rogo, ut me
miserum peccatorem respicere, a-
nimam meam à vitijs ac tenebris
liberare, eandemque tua gratia &
tuo lumine perfundere digneris.

O Emmanuel, Rex & Legifer
noster, expectatio Gentium, & de-
fideratus earum: veni ad seluan-
dum nos Domine Deus noster.

ORATIO SECUNDA

pro Feria tertia.

Gratias ago tibi, O Illustrissime
Domine Iesu Christe pro cæ-
lesti prædicatione & doctrina tua:
per quam te humiliter rogo, ut me

I 3 ab

96 Lapidis Philosoph.

ab errorum tenebris eripere, & ad
veritatis cognitionem transferre
digneris. O Sapientia, quæ ex ore
Altissimi prodijsti, attingens à fine
vsque ad finem fortiter suauiter
que disponens omnia: veni ad do-
cendos nos viam prudentiæ.

O R A T I O T E R T I A

Pro Feria quarta.

Gratias ago tibi, O clementissime Domine Iesu Christe, pro miraculis & miserationibus tuis, quibus tuam doctrinam corroborasti, & morbos varios sanasti: rogans suppliciter, ut meas infirmitates curare, measque tenebras illustrare digneris. O Adonay, & Dux domus Israël, qui Moysi in igne flammæ rubi apparuisti, & ei in Sina legem dedisti: veni ad redimendos nos in brachio extento.

O R A

ORATIO QVARTA,

Pro Feria quinta.

GRatias ago tibi, ó sanctissime
Domine Iesu Christe, pro gra-
tiosissima vita & conuersatione
tua , pro exemplis perfectissima-
rum virtutum, & pro infidijs lu-
dorum toleratis. O vtinam per
tua merita vitiosos habitus de ani-
mo meo extirpare, & solidas virtu-
tes in eorum locuni immittere
digneris.

O Radix Iesse, qui stas in signū
populorum , super quem contine-
bunt Reges os suum , quem Gen-
tes deprecabuntur : veni ad libe-
randos nos , iam noli tardare.

ORATIO QVINTA,

Pro Feria sexta.

GRatias ago tibi , O Amantissi-
me Domine Iesu Christe, pro

dolorosissima Passione & morte tua, & pro Sacratissimis vulneribus tuis. Atque utinam per amplissima tua merita mihi largiri digneris vitam internam, mortemque felicem. O Rex Gentium, & desideratus earum, lapisque angularis qui facis utraque unum: veni, salua hominem, quem de limo formasti.

O R A T I O S E X T A,*Pro die Sabbathi.*

Gratias ago tibi, O Desideratissime Domine Iesu Christe, qui Patres è lymbo eduxisti, & in loco delicioso collocasti: rogo te humiliter ut animam meam ex suis tenebris in admirabile lumen tuum transferre digneris.

O Oriens, splendor lucis æternæ & Sol Iustitiae: veni & illumina sedentes in tenebris & umbra mortis.

O R A-

ORATIO SEPTIMA,

Pro die Dominico.

Gratias ago tibi, O Gloriosissime Domine Iesu Christe, pro victoriosa Resurrectione, & triumphali Ascensione tua. O vtinam per efficacissima merita tua animam meam resuscitare digneris ad vitam gratiae, & à terrenis ad cælestia eleuare.

O Clavis David, & Sceptrum domus Israël, qui aperis & nemo claudit; claudis & nemo aperit: veni & educ vincitum de domo carceris, sedentem in tenebris & umbra mortis.

OBSERVATIONES.

1. **D**Vm homo ad Deum accedit; & suam vult exponere necessitatem, gratiamque Diuinam

I § im-

implorare: si sentit conscientiam
laesam ex alicuius peccati remorsu
ac reatu, debet ante omnia dolere,
& veniam postulare, & aliquam
pœnitentiam subire siue per elec-
mosynas, siue per corporis castiga-
tionem.

2. Oratio ut Deo placeat, &
nobis fiat salutaris, præter con-
scientia puritatem aut compunctionem,
debet habere attentionem re-
uerentiamque. Attende igitur cui
loquaris, quid petas & qua intentione.
Absurdum enim esset, si cum
Rege aut Principe huius mundi
loquens, ista non obseruares.

3. Reuerentiam exhibebis Sal-
uatori tuo tam interioris quam ex-
terioris hominis decenti composi-
tione, & quia ab externo homine
incipiendum est, ut ad internum
perueniamus, nempe à visibili ad
inuisibilem, primò nudabis caput,
deinde genua in terram flectes,
postea

postea manus complicabis , tum
denique oculis demissis vultuque
verecundo , effundes orationem
tuam.

4. Attende , quibus ceremoniis & ritibus terreni Reges honorentur. Si quis Bassa seu Princeps Turcarum Imperatori loquatur, stat capite depresso, neque auras est oculos coniucere in vultum illius. Tu igitur multo magis coram Deo tuo habeas te reuerenter, & oculorum sensuumque evagationem deuita.

5. Multi celebres viri ad summum sanctitatis culmen peruenire, quod preces suas cum omni reverentia soliti fuerint Deo offerre, Exemplum sit S. Carolus Borromaeus S.R.E. Cardinalis, hunc imitare; & vt scias quomodo & in quibus, remitto te ad illius vitam legendam.

6. Quod spectat ad nostras O-

I 6 ratiō-

rationes, quas præmisisti, sunt illæ breues, ne sua prolixitate grauent aut distrahant, sed porius continent mentem recollectam in quadam vnitate & simplicitate.

7. Si materiæ dignitatem & ordinem perspectum haberes, posses admirari & gaudere; & magnos fructus tibi polliceri. Tota enim Oeconomia nostræ Redemptio-nis distinguitur in suas partes, & omnia Saluatoris nostri merita (quibus nulla esse possunt efficaciora) tuis necessitatibus applicantur.

8. Non est opus, ut anxius sis quibus verbis utaris, sed quo affe-ctu, quaque intentione tuas preces prosternas. Nouit enim tibi succurrere Christus iuxta qualitatem inopiarum tuarum, non attendens conceptus verborum tuorum.

9. Singulis gratiarum actioni-bus singulae preces adiunguntur. Quibus subneicitur unum suspi-rium,

rium, ex ijs quibus Ecclesia vtitur ante Natalem Christi: quando introducit Veteres Patres pro aduentu Messiae suspirantes. Et quoniam hæc suspiria multum habent deuotionis, producent quoque absque dubio suum effectum non tantum in te sed in alijs quoque consolandis. Sunt enim generalia. Primo igitur supplicas pro te, postea pro omnibus suspiras.

10. Noli despicere parvulum exercitium, quia exigua esse non possunt, in quibus amplissima merita Christi comprehenduntur. In hisce equidem meritis latet omne bonum nostrum, tam gratiæ internæ, quam gloriæ æternæ. Christus igitur D.N. per vitæ & Passionis suæ merita nos purgare, illustrare, & conuertere dignetur, & tandem perducere ad portum felicitatis supernæ:

11. Etsi SS. Trinitas sit indiuisa,

I 7 secun-

secundæ tamen Personæ, id est, Filio tutius intendimus: tum propter alia, tum vel maximè quod naturam nostrā assumpsit. Cum igitur Deus sit inuisibilis, incircumscrip-tibilis: ratio nostra caligat circa tam sublimem substantiam, quam sub nullo obiecto sibi potest imaginari. At verò circa Redemptorem nostrum omnia facilia sunt, & ad nostram exilitatem commensu-rata: dum vitam & actiones illius ante oculos collocamus, & illa quasi coram intuemur.

12. Hinc aliquo modo affulget magnitudo Incarnationis Domini-nicæ, quæ non tantum peracta est, vt nos Deo reconciliemur, sed etiam vt intellectus noster in meditatione ac oratione stabiliatur, dum sese occupat circa Deum In-carnatum, qui sub visibili forma sese hominibus exhibuit ac præ-sentauit.

P A-

PARADIGMA.

Barlaam Eremita quodam tempore accessit ad aulam Regis Indorum, assertens se lapidem preciosissimum habere, qui omnes infirmitates curet, & operatam reddit sanitatem, aliasque continet virtutes insolitas sanè & admirandas. Ceterum in eo qui contuerit illum cupiat, postulabat oculos sanos & corpus castum. Hoc quidam audiens, & sibi male conscientus, aspicere hunc lapidem nolebat, neforsan oculorum acie prorsus destitueretur.

Ita Refert S. Ioannes Damascenus.

Quisquis Philosophici lapidis nostri amator factus es, ac eum videre concupiscis: vide ut oculi tui sint sani. Duplices porro oculos homo habet externos ac internos. De externis agere, superfluum est.

In-

106 Lapidis Philosph.

Interni oculi mentis sunt, Intentio pura, & simplex Intellectus: vi nempe habemus rectam in omnibus rebus intentionem: & ut captiuemus Intellectum nostrum in mysterijs fidei Christianæ. Intentionis oculus caligat, quando per spiritualia exercitia quærimus res terrenas, non simpliciter tales, sed curua intentione, ut nempe in illis fine operis ponamus. Intellectus similiter obtunditur, quando nimis curiosè investigat res Diuinæ, aut naturali ratione comprehendere ntitur mysteria Fidei, quæ sunt supra rationem. Oculos igitur sanos adferamus, & illuminabit nos Christus Iesus, qui cum Patre & Spiritu sancto sit benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

P A R S

P A R S VII.

In qua sunt

D E C E M S O L I L O-

Q V I A.

Homo varijs modis instituere potest sermonem; nam aliquando cum Deo loquitur, & hoc est orare: aliquando loquitur cum alio homine, & vocatur *Colloquium*; interdum loquitur cum seipso, & tunc *Soliloquium* propriè appellatur. In homine si quidem multa occurunt consideranda, ita ut unus idemque homo inter se colloqui introducatur, & sustinere partes duas tam interrogantis quam respondentis. Ita quidam Scriptores colloquia referunt inter Animam & Corpus, vel inter rationem & sensualitatem. Nam homo ex varijs partibus compositus est;

præ-

S

præcipuum tamen quod in homi-
ne consideratur, est Intellectus, qui
se occupat circa indagationem &
cognitionem veritatis: nec un-
quam in rebus dubijs conquiescit,
quousque tandem perueniat ad id
quod inuestigat & concupiscit. Ita
fatetur *S. Augustinus* sibi quondam
accidisse, & ad hoc magis inflam-
matum fuisse ex libro quodam Ci-
ceronis, quem ipse *Hortensium* vo-
cat, qui periisse putatur, eo quod
hoc tempore non reperiatur. Quæ-
suiuit igitur veritatem apud Philo-
sophos, & non inuenit: quæsuiuit
apud Manichæos annis 9. sed casso
labore: quæsuiuit apud Catholicos,
& tandem Mediolani reperit, à *S.*
Ambrosio Episcopo instructus. Si-
militer fecit *S. Iustinus* Phil. & Mar-
tyr, qui desiderio veritatis accessus
tractauit cum Philosophis Stoicis
cum Peripateticis, cum Pythagori-
cis, cum Platonicis: sed cum nullis
bi a-

omini suo satisfieri videret, tandem à quodam Christiano hunc thesaurum accepit. Idem omnino accedit cuidam Lutherano Concionatori, qui natione Misnensis erat, & opinione Adiaphorista, id est, Melanthonicus, cumque varias regiones Germaniae perlustrasset, non inuenit requiem nisi apud Catholicos in Austria. Nam in Saxonia displicuere Illyricani, in Prussia Osiandrini, in Polonia Caluiniani & Picardi, in Silesia Svenckfeldiani, in Moravia Anabaptistæ: tandem Viennæ Catholicam fidem amplexus est. Ita refert Surius ex Friderico Staphylo, discipulo olim Lutheri.

Cum igitur humanus intellectus istius naturæ sit & qualitatis, ut absque cognitione veritatis quiescere nequeat: Divina Sapientia varias vias nobis suppeditauit, & ad hunc finem ordinatas. Aliqui enim

nim illuminantur legendō libro
 Catholicorum, alij audiendo con-
 ciones; sunt qui familiari collo-
 quio instituuntur, sunt etiam quā
 publica disputatione superantur
 sed pro modulo ingenij mei nu-
 lam reperio viam planiore, quam
 sit meditatio & oratio. Egimus hu-
 cusque de vtraque, sed placet nun-
 prioris partis nomen variare, & *Si*
liloquium indigitare. In hisce Soli-
 loquijs Intellectus instar venati-
 canis Ecclesiam Christi per vesti-
 gia quædam indagabit, donec ve-
 niat ad illius cognitionem, atque
 ex cognitione ad amore & ample-
 xum. Sicuti autē in eodem homi-
 ne est duplex anima, id est, rationa-
 lis & sensitiva, ita duplex conside-
 rari potest Intellectus, id est, practi-
 cus & speculatiuus: cogitabis igit̄
 tur, quasi speculatiuus practicu-
 m alloquatur, aut ē contra; vel Intel-
 lectus sermonem habeat cum re-
 liquis

libro
o cor
collo
m qu
antur
ei nu
quar
usha
t nun
& Se
Solid
natio
vesti
ec ve
atque
mple
nomi
iona
nside
racti
s igi
perplexa & dubia permanebis? &
ticum quando tandem consenties mihi
Intel in amplexu veritatis? Iam cogn
uisti,
liquis animæ potentij, maximè
cum affectu seu voluntate. Præ
eunte siquidem Intellectu sequitur
Affectus, interdum lento interdum
celeri gradu: & tandem aliquando
præbet sūmū consensum, vt reper
ta veritas non tantum cognoscatur,
sed etiam suscipiatur cum gau
dio, & magna diligentia conserue
tur, veluti preciosissimus lapis: ad
cuius nomen ac effectum collima
mus.

PRIMVM SOLI
LOQVIVM.

Quare Anima relictis hereticis sese ad
Catholicam Ecclesiam debeat
conferre.

Quare tristis es anima mea, & quare
conturbas me? Psal. 41. quamdiu
perplexa & dubia permanebis? &
quando tandem consenties mihi
in amplexu veritatis? Iam cogn
uisti,

uiſti, quod absque vera Fide nequeas obtinere æternam salutem, intellexisti quoque non esse nisi vnam veram fidem, hanc apud Romano-Catholicos reperiri. quid est igitur causæ, quod hanc nolis amplecti? quid te obsecro ab illius amore auellit? ostende mihi vincula tua, quibus implicaris: & ego dissoluam; aperi mihi vulnera tua, quæ abscondis: & ego salutare pharmacum applicabo. Si tu dissimulaueris, ego intrabo domum tuam, & omnia interiora tua scrutabor. Iam enim ab incunabilis tecum vixi, conscius secretorum tuorum. Dic ergo mihi familiarissimo tuo, quid te auersam teneat à Romana Ecclesia sequenda. An forsan libertas carnis, quam illa Ecclesia restringit? an timor ieuniorum, quæ præscribit? an Confessio generalis, quæ postulatur? an respectus Consanguineorum, quos offendes?

des? an Parentum amor, quos vi-
dereris damnare? an decus patriæ,
quam nolles hæresco titulo inho-
norare? an Sacræ Scripturæ autho-
ritas quam crepant Lutherani? an
Catholicorum quorundam mala
vita, quam rodunt Caluiniani? an
Ecclesiæ inuisibilitas, quam fin-
gunt Anabaptistæ? sed puto te om-
nia ista dirupisse, veluti telas Ara-
nearum. Meminisse enim poteris
temporis & loci, quo ista discussio
nem inter nos, & ego ad singula
ita respondi, ut tibi fuerit satisfa-
ctum. Ostendi etiam tibi euiden-
ter, quod non sit securum coram
Deo adhærere Lutheranis: tum
propter alias multas rationes tum
propter Auctorem huius sectæ; cu-
ius acta & scripta merito sunt re-
prehendenda, vti ex Cochlæo & V-
lenbergio, ex Conrado Andrea & Ioanne
Pistorio satis cognouisti. Est enim
incredibile, quod Diuina Maiestas
& sum-

& summa illa puritas elegerit hominem tam flagitosum, pro yea
& sacra Religione condenda. Cui
igitur, ô Anima mea, tunc tempore
concluseris, relinquere calix
Lutheranorum, quare non trans-
ad Catholicæ Ecclesiæ ouile? qui
est, quod remoretur? an forsitan
bitas, num velis migrare ad Calu-
nianos aut Anabaptistas, quod
bi videatur apud illos posse Fidei
vera reperiri? Hoc enim audi-
sti aliquando illos affirmantes
promittentes, & forsitan verum
esse suspicaris. Cæterum ab ho-
dubio & ab hac suspicione te libe-
rabo, paucis quidem verbis, sed so-
lidis ac veris. Apud Calviniano
Fides vera esse non potest, tu
quod nouelli sint:rum quod illo-
rum Auctor malam duxerit vitam
tum quod scriptis suis in Deum fu-
erit blasphemus, dum cum statuit
esse auctorem peccati: quæ blas-
phem

phemia tuæ naturæ magnum in-
cutit horrort, vt scio; diligis enim
Deum, vti summum bonum: &
pro illius zelaris honore, tanquam
pro supraemâ Maiestate. Iam te à
Caluinianis abstraxi , abstraham
quoquè ab Anabaptistis, tali argu-
mento Apud illos vera Fides esse
non potest, qui ducunt impurissi-
mam vitam, & pessimos defenden-
t errores, & Magistratibus à
Deo ordinatis resistunt. Cū igitur
naturale lumen tibi suggerat, in o-
mni Repub. requiri ordinem re-
rum, personarum & officiorum:
facile aduertis, apud illos homines
Deum non esse, qui naturæ ordi-
nem inuertunt, quem Deus sapien-
tissimè statuit, & animis omnium
Gentium impressit. Vbi autem
Deus non est, ibi Lux fidei ac veri-
tatis non resplendet: sed ibi densissi-
mis tenebris omnia sunt inuolu-
ta. Iam tibi satisfactum reor, per-

K spectos

spectos enim habeo interiores affe-
ctus tuos: ut pote cui semper disipli-
cuerit: quicquid confusum est: &
cui valde arrideat omne quod pul-
chro ordine dispositum est. Non
ignoras quoq; omnem ordinatio-
nem esse à Deo, & idcirco superio-
ribus esse obediendum cum omni
reuerentia & filiali timore. Nihil
igitur restat, O amantissima so-
ror mea, nisi ut tecum pleno con-
sensu & singulari gaudio sequaris
ad Catholicę Ecclesię penetrare: v-
bi videbimus multa mirabilia, qua-
nos summoperè recreabunt. Est e-
quidem domus sapientiæ, est ma-
gistra fidei est schola veritatis. Au-
di quid Salomon dicat sapientissi-
mus, imò Spiritus sanctus per Sa-
lomonem, Prover. 9. Sapientia ædi-
ficauit sibi domum, excidit columnas
septem. Ecclesiam igitur inuestiga-
bimus sub forma domus seu ædifi-
cij alicuius; tunc videbis, quam illa

fit

sit pulchra & admiranda: ut te magis magisque excitem ad illius venerationem & amorem.

S E C V N D V M S O L I -
L O Q V I V M ,

*De domo Sapientie & Paradiso
voluptatis.*

SI quis sapiens Architectus promiserit alicui Principi, quod velit illi construere singulare palatum quale toto terrarum orbe non reperiatur: moribus & vsu ita receptum est, ut palatij erigendi Ideam delineet, & specimen quoddam exhibeat; tum ut omnes Artificis ingenium adiuerterant & admarentur, tum ut magno desiderio accendantur ad illud palatium aliquando videndum. Idea enim ostendi solet viris sapientibus, & in Architectura versatis: ut suum ferant iudicium de iusta omnium

partium proportione, seu symmetrica dispositione. Nunc intende mihi, O Anima mea, O soror charissima. Quis vñquam sapientior Architectus, quam Sapientia æterna? quid est Sapientia æterna, nisi Filius Dei? quis est ille Filius Dei, nisi Iesus Christus propter nos Incarnatus? Ipse igitur priusquam indueret naturam humanam promisit quod velit dominum sibi ædificare cum 7. columnis. Quapropter inquirendum nobis est, quænam sit illa domus, & an huius ædificandæ dominus Idea fuerit præmissa. Non ignoro varias posse referri mansiones, in quibus habitauerit olim, vel adhuc habitet Christus: sed hoc loco non arbitror intelligi tam, quam Ecclesiam illius. Sequitur enim. *Immolauit victimas suas, misericorditer dedit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, ut rocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.*

Hoc

Hoc tantundem est, ac si diceret:
Fecit grande conuiuum, & inui-
tavit multos; siue, Preparauit se ad
nuptias celebrandas , de quibus
nuptijs Christus sepè in Euangelio
meminit, & S. Ioannes in sua Apo-
calypsi. In omnibus autem nuptijs
sponsus est ac sponsa: ita hoc loco
Christus & Ecclesia. Ecclesia igitur
non tantum est sponsa , propter
quam nuptiæ celebrantur; sed et-
iam domus ipsa, in qua peragitur
conuiuum nuptiale, sed de figura
sponsæ suo loco agemus, nunc sub
typo alicuius ædificij Ecclesiam in-
dagamus. Quid autem tibi vide-
tur, O Anima mea, nunquid huius
structuræ Ideam poterimus inue-
nire? Ita opinor. nam primo loco
mihi occurrit Paradisus voluptatis,
qui absque dubio exelluit omnes
labyrinths, & hortos pensiles &
pomaria totius mundi: quia Deus
ipse Paradisum plantauit, & quia

K 3 . si ma-

si manib⁹ suis distinxit ac delineauit. In hoc horto fuerunt arbores pulchræ & fructiferæ, fluuius etiam diuisus in 4. partes in quibus Ecclesia manifestè insinuat⁹ur, vt probari potest ex Ezechiele & Apocalypsi: & ibi quidem cap. 47. hic autem cap. 22. Quid porro sunt arbores, nisi credentes & Iusti? quid verò est fluuius nisi Sacer Baptismus, cuius virtus penetrauit 4. plaga mundi? Præterea fuit in Paradiſo lignum vitæ, per quod SS. Eucharistia rectè intelligitur; fuit etiam lignum scientiæ boni & mali, per quod Intelligentia Sacrae Scripturæ pulchre designatur. Oblecta igitur te, O Anima mea, in horto deliciosissimo, & noli tam citò hinc emigrare. si comedere libet, habes arborum fructus dulcissimos, vis bibere? ecce fontem vitæ, quem D. Joannes vocat fluuium aquæ vitæ. Sed aliud admirabile aduerto,

uerto, in delitijs Paradisi, video c-
niam umbras hominum, & puto
quod Adam & Eua circumneant
spaciatum. Adam enim in hunc lo-
cum translatus est, & ex ipsius late-
re Eua formata; cuius rei mysteri-
um si quæram ex D. Paulo, dicet
mihi ad Ephes. 5. vers. 31. *Sacramen-*
tum hoc magnum est, ego autem dico in
Christo & in Ecclesia. Audis Ecclesi-
am; cogita igitur illam præfigurari
in Eua, sicuti Christus in Adamo
præfiguratus est. Quomodo autem
Ecclesia formata sit ex latere Chri-
sti, exponit D. Augustinus. Nam sicuti
Adamus sopore oppressus est, at-
que ex illius costa figuratam legi-
mus Euam: ita cum Christus ob-
dormiisset in cruce, ex ipsius latere
transfixo effluxit sanguis & aqua, &
hunc in modum Ecclesia formata
est: Sed illud quoque velim te at-
tendere, O Anima mea, quod ex
vtraque parte fluuij stent arbores,

K 4 quæ

quæ singulis mensibus proferunt
fructus, & quarum folia condu-
cant ad Gentium sanitatem. *Apocal.*
22. Magnos sanè fructus protule-
runt SS. Martyres, & salubria folia
reliquerunt Ecclesiæ Episcopi &
Doctores. Peri olue Martyrologi-
um seu Menologium Ecclesiæ or-
thodoxæ, & inuenies singulis men-
sibus occurrere arbores tam fra-
ctuosas. Legimus de B. Lydvvina
virgine Hollandica, quod ab An-
gelo suo custode fuerit translata in
Paradisum, & inde contulerit se-
cum odoriferum lignum. Verum
tamen ut huic soliloquio finem
imponamus, ex consideratione
Paradisi nihil clarissim innotescit
quam typus Ecclesiæ, & Idea qua-
dam conspicua illius domus, quam
sapientia æterna constituit & pro-
misit ædificare.

TER.

TERTIVM SOLI-
LOQYIVM

De Arca Noë & alijs figuris.

PRIMUS celeberrimus Archite-
ctus fuit Noë, qui Arcam fecit,
in qua tempore diluvij saluatus est
cum familia sua. Hic denuo figu-
ram Ecclesiæ habemus. Ita discur-
rere liceret per præstantiora ædifi-
cia totius veteris Testamenti A-
braham, Isaac & Iacob nullam sin-
gularem domum construxisse le-
guntur: sed sub tentorijs habita-
bant; nihilominus Altaria crexe-
rant pro sacrificijs offerendis. Al-
taria igitur hæc typum Ecclesiæ ge-
rebant. Quapropter Iacob Patri-
archa lapidem, quem in titulum e-
rexit, appellauit Domum Dei. Gen.
28. Post hæc Moyses Tabernacu-
lum fœderis construxit, Salomon
Rex Templum ædificauit: quæ v-
traque figuram Ecclesiæ præsenta-

K 5

runt.

runt. Idem Templum Zorobabel restaurauit, & Iudas Machabæus repurgauit, Herodes quoque Rex amplificauit; quæ omnia in figura contigerunt. Ex hisce figuris argumentatur D. Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos, & contribu-
les suos ad Ecclesiam Christianam inuitat. Vide nunc, O Anima mea, mirabile consilium Dei, qui maxima sæpe mysteria sub Propheticis verbis occultat. Aggæus equidem Propheta cum varijs adhortationibus excitasset Iudæos ad Tem-
plum Domini restaurandum, c. 2. adiecit: *Magna erit gloria domus istius nouissimæ, Plusquam prima.* Quæ verba nonnulla ad literam intelligunt de Templo Zorobabelis: sed toto errant cælo, & successus temporis longè aliter declarat. Oculus enim Propheticus non respexit ad Templum Zorobabelis, sed ad Ecclesiam Christi: cuius dignitas &

splen-

splendor excellit Iudæorum Tem-
plum. Hæc ita se habere, Deus ipse
calculo suo approbavit. permisit
enim hanc domum secundam va-
rijs cladibus, ruinis & prophana-
tionibus agitari, vt intelligeremus
promissa Diuina ei neutiquam
conuenire. Cæterum ego te, O A-
nima mea nolo diutius detinere;
id tantum inculabo, vt in allatis
figuris Ecclesiam agnoscas. Sicuti
enim Rex quispiam sapientiâ sin-
gulari præditus aulam suam diuer-
fis emblematis exornat: quæ aliud
exterius exhibent, aliud mysticâ
interpretatione designant: qualia
fuerunt Hieroglyphica Ægyptio-
rum: ita Christus Dominus noster
in sacra Scriptura veteris Testa-
menti curauit depingi ænigmata
quædam, sub quibus mysteria Fi-
dei contegerentur.

K 6

Q.VAR.

Q V A R T V M S O L I

L O Q V I V M ,

*Quid sit Ecclesia, & quid Sy-
nagoga..*

ACcedemus nunc, O Animæ
mea, ad Ecclesiæ quidditatem
penitus considerandam. Est equi-
dem Ecclesia peculiaris *quidam cœtu*
hominum, in una Fide & cultu Diuini
consentiens, à Deo electus & approbatu
Eiusmodi cœtus varias requiri
qualitates, primo ut sit visibilis, se-
cundo ut habeat visibile caput, ter-
tio ut certis legibus ac ceremonijs
ab alijs cœtibus distinguitur, qua-
rto quod in definitione ponitur, ut
sit in cultu Dei concordans, quin-
to ut sit à Deo electus & approba-
tus, quod etiam ponitur in defini-
tione. Talis cœtus semper fuit ab
initio mundi: quia nunquara De-
us fuit absque cultoribus suis. Sed
ista diligentius inuestigemus, ut er-
iam plenius cognoscamus.

I. Ab

1. Ab Adamo usq; ad Diluvium fuerunt filij Dei à filijs hominū separati, qui legem naturalem & traditiones paternas obseruabant, & subiecti erant vni ex Patriarchis, iuxta legitimā successione Primo-genitorum. Filij Dei erant ex posteris Seth & Ecclesiam constituebant ac figurabant: filij hominum erant ex posteris Cain, qui iuxta suam voluntatē viuebant & hæreticos schismaticosq; præsentabāt.

2. A Diluvio usque ad Abramum licitum erat vesci animalibus, sed absque sanguine. cumque in Babylonica confusione nationes diuiderentur, lingua & pietas antiqua mansit in domo Heber, à quo Hebrei vocantur.

3. Cùm Idolorum cultus paulatim inualesceret, Abraham à Chaldaeis separatus est ac per Circumcisionem à cæteris gentibus distinctus. Sic Isaac, sic Jacob, sic

posteriorum usque ad exitum de
Ægypto.

4. A tempore Moysis Iudæi accepserunt legem scriptam, quæ illos à ceteris populis separabat, & summo Pontifici subiiciebat, atque ad Tabernaculi cultum astrin-
gebat.

5. Tempore Regum pro Ta-
bernaculo successit Templum Sa-
lomonis, extra quod sacrificare no-
dicebat; accessit & urbs Ierusalem,
extra quam Iudæi Agnum Pascha-
lem comedere prohibebantur.

6. Post reditum ex Babylone,
quicumque se à templo Zoroba-
belis seiungebant pro schismaticis
ac hereticis habebantur: ut Ma-
nasses Sacerdos, qui in Samaria
Templum construxerat: & Onias
qui in Ægypto. Ille fuit status po-
puli Dei in veteri Testamento, qui
Christum venturum expectabat.
Ille cœtus aliquando Ecclesia dici-
tur,

tur, *Num. 20. 3. Reg. 8. 1. Mach. 5.* di-
stinctius tamen *Synagoga* voca-
tur, vt à populo Christiano me-
lius discerni queat; quamuis vtrū-
que nomen eandem significatio-
nem admittere possit ex proprie-
tate Græcorum verborum. Nam
Ἐκκλησία significat cœtum populi
seu congregationem, quo vocabu-
lo etiam Athenienses vtebantur,
vt ciuium conuentum designaret.
αναγέννη etiam dicitur congrega-
tio vel adductio populi. Alij tamen
ita distinguunt, vt *Synagoga* sit co-
actionis necessariæ, & Ecclesia sit
vox liberæ congregationis. Quic-
quid horum sit, O Anima mea, tu
exhisse aduerte stultitiam illorum;
qui Ecclesiam inuisibilem fingunt.
Certè cœtus populi est visibilis, vt
ab alio cœtu discernatur. Si quis
virgeat Fidem esse inuisibilem, re-
spondeo: & Iudæorum Respubli-
ca fidem habuit, & nihilominus.

ex-

exterius videbatur. Potest enim quis habere fidem in animo, & tamen tenetur eandem publico ritu profiteri, ut per externos aetius prodat, quod intus latet. Alioquin omnis virtus est innibilis (quia est animi habitus, qui non apparet) aetius tamen virtutum plerumque sub oculorum conspectum cadunt, exempli gratia, Misericordiae virtus & habitus in animo sedem habet, sed dum aetius elicitos exercet famelicos reficiendo, mortuos sepeliendo, ab omnibus videatur, qui coram adsunt, & oculos habent. Qui hoc negat, omnino stupidus est.

QVINTVM SOLILO-
Q V I V M,

*In quo Ecclesia comparatur cum
Ciuitate.*

AVdiuisti in praecedentibus, O
Anima mea, Ecclesiam com-
pa-

parari cum aliqua Ciuitate. Porro
una Ciuitas habere potest tres si-
gnificationes, ut E. G. dum quis
dicit:

Norimberga est fortis & munita.

Norimberga est politica.

Norimberga Cæsari scripta.

In prima pronunciatione con-
tinens intelligitur, id est mœnia i-
stius vrbis cum turribus ac ædifi-
cijis suis; sicuti etiam dicere sole-
mus, *est pulchra & nitida Ciuitas.*

In secunda elocutione Ciues ip-
si designantur, (contentum rei) eō
quod habeant politicos mores. In
tertia phrasē Magistratus tantum
denotatur, id est, Consules ac Se-
natores, qui nomine totius vrbis
& omnium Ciuium scribere so-
lent ad Imperatorem. Simili mo-
do distinguere debes Ecclesiæ no-
men, *O Anima mea: nam' vt con-*
muniter dici solet, qui bene distin-
guit, bene docet, imò bene discit. Dum
igi-

igitur audis aliqueni dicentem, *Vt
ni, ad Ecclesiam eamus pro Concione au-
dienda: intellige de materiali fabri-
câ Templi; Dum verò quispiam
dicit, Ecclesia celebrat festum SS. Petri
& Pauli 29. Junij: hoc accipe de om-
nibus Catholicis toto orbe diffu-
sis. Et quando forsitan ab altero di-
citur: Ecclesia sic decreuit contra Icono-
clastas: mentis oculo recurre ad Ec-
clesiae Proceres, id est, ad Pontifi-
cem ac Episcopos, qui in Concilio
generali Ecclesiam repræsentant,
sicuti Magistratus Ciuilis repre-
sentat totum cœtum Ciuium suo-
rum. Nihilominus peculiare priu-
legium habet Ecclesia Romana,
quæ singulari phrasi *Sedes Apostolica*
vocatur. Hanc phrasin euidentius
intelliges, si Iudaicæ Reip. ritum
volueris considerare. Erant equi-
dem in Iudea plures vibes, qua-
rum singulæ suos Iudices habe-
bant: à quibus appellare licebat ad
Con-*

Concilium siue Iudicium Hiero-
solymitanum & non vltra: Deuter.
17. Præterea omnes Iudæi masculi
ter in anno debebant ire in Ierusa-
lem, & sua sacrificia ibidē in Tem-
plo offerre Exod. 23. Insuper qui in
exilium translati erant, tantâ vene-
ratione hanc vrbem prosequen-
tur, vt orantes faciem suam verte-
rent versus illam: vt appareat in S.
Daniele cap. 6. Cum igitur omnia
illis in figurâ contigerint, vt D.
Paulus affirmat, necesse est in Chri-
stianismo dari vnam Ciuitatem, in
qua veritas impleatur; sed excellē-
tior dari non potest quam Roma:
quæ caput est totius Christianita-
tis, sicuti Ierusalem caput erat Pa-
læstinæ, Quod autem quispiam in-
cautè huic vrbì nomen Babylonis
affingat, id mihi nunquam place-
bit. Nam *Babylon*, ex qua S. Petrus
scribebat primam epistolam, est in
Ægypto, quæ alio nomine *Cayrus*

ac

ac Memphis vocatur: Quapropter illi
cum dixisset, Salutat vos Ecclesia nullis
est in Babylone collecta: mox addidit
Et Marcus filius meus. hunc enim
tius Ægypti primum Episcopum
ordinarat. & Babylon cuius me-
tionem facit S. Ioannes cap. 17.
18. in Apocalypsi, intelligi re-
potest Constantinopolis seu In-
perium Turcorum. Proinde m-
lim vrbis Romanæ applicare, quae
augent illius dignitatem, non quae
minuant honorem. Quod autem
objicitur, aliam esse Romam Eth-
nicam, & aliam Christianam
hanc ob rem odiosa de Ethnicâ e-
poni? Id mihi non sufficit, ut posse
qui sciam quod Ierusalem quoque
prius Ethnicâ fuerit sub Iebusæis
& nunc vastata ingemiscat sub
Turcis: & nihilominus tam glo-
riosa de illa prædicantur sub type-
vribis Romanæ. quæ igitur ad lite-
ram de metropoli Iudeorum, de
quo

ropi que illius splendore cantantur: ea
fia nullis tenebris tegi debent ob ve-
terem urbis Idololatriam: quanto
minus quæ mysticè de Romana
Ecclesia explicantur, non debent
inde obscurari, quod illa inferuie-
ritolim idolis. Quapropter imita-
bor Bozium lib. 7. cap. 6. Vbi quæ-
dam S. Scripturæ loca illustrat, &
accommodat ad Principatum Ec-
clesiae Romanæ: quale est illud:
*Virgam virtutis tuae emittet Dominus
ex Sion, dominare in medio inimicorum
tuorum. Psal. 109.* Similiter de lapi-
de, qui præcisus est de monte ab s-
que manibus, & statuam confre-
git Danielis 2. Ut totum c. 4. Micheæ,
de monte altissimo in nouissimis
diebus, & illud Isaiæ cap. 60. v. 14.
*Venient ad te curui filij eorum qui hu-
miliauerunt te, & adrabunt vestigia
pedum tuorum.* Cum igitur Roma-
nam Ecclesiam singulari respectu
honoraueimus, multa SS. Pro-
pheta-

phetarum oracula plenius intelli- tot sacerdotem
gemus: quæ profecto ad Ecclesiam populi
Catholicam toto orbe diffusam in antiquitatem ex
propriè accommodare non posse- iam Tempore
mus. Romana etenim Ecclesia re- des
Etè dicitur mittere Legatos suos
ad Gentium conuerisionē, & Pra-
dicatores ad Insulas longinquas.
similiter Reges populorum con-
uerisorum, sua munera Romanam
mittunt, ac semper mittere con-
sueuerunt: nempe ad unam Eccle-
siam supra alias positam, & distin-
ctam peculiari prærogatiua: alio-
quin toto orbe terrarum vagabundi
deberent, ac querere cuiusnam sua
munera tradant: quod esset valde
absurdum. Tu itaque, O Anima
mea, ex hisce consurge in amorem
ac reuerentiam Ecclesiæ Romanæ
& apud te fixum maneat, quod illa
transierit in locum Hierosolymæ
repudiatae. Ad quod si aliud te non
permoueret, moueat saltem praxis
tot

tellit
siām
mītū
osse
a re
suon
Prā-
quas
con-
nam
con-
cele-
stin
alio
agan
a suā
alde
uima
rem
anav
Hilla
mā
non
axis
tot

tot s̄eculorum, & usus variorum
populorum. Scis enim ex historijs
antiquis, Apostolicos Prædicato-
res ex hac Ecclesia missos: scis et-
iam Reges gentium ad hanc Ec-
clesiam munera sua asportasse.

S E X T U M S O L I L O -
Q V I V M ,

De Ecclesiæ regimine & Parlamento,

Considera mecum, O Anima
mea, pulcherrimum ordinem
gubernandi populos, quem obser-
uarunt & obseruant non tantum
Christiani Reges, sed etiam Ethni-
ci Dinastæ. Extant Scriptores de
Regno Francorum, Anglorum,
Hispanorum: nec desunt qui scri-
perint de Republica Atheniensiu-
& Romanorum, de Imperio Per-
sarum, Turcorum, Tartarorum,
Chinenium, Moscouitarum, &
Abyssinorum. Sed hisce alijsque o-
missis

138 *Lapidis Philosoph.*

missis dicamus aliquid & conferamus inter nos de Imperio Romanorum, quod Germanorum forsitan propriè dici posset. Ego impensis admiror tam insignem administrationem, quam non similiiter lumini naturali (quod Deus omnibus gentibus communicauit sed peculiariter Diuinæ dispositiōni (quæ gratiam suam in se credēbus largitur) lubens ascribo. Tοι igitur Imperij corpus diuiditur in tria membra, 1. in Electores septem, 2. in Principes & Nobiles, 3. in liberas Ciuitates plus quam 84. Supra istud corpus dominatur potentissimum caput, nempe vnicus Imperator. Neque tantum in singulis urbibus sunt tribunalia, sed vna quoque Camera Imperialis ut omnibus ex aequo Iustitia administretur. Hæc non raro apud me ponderans, mentis oculum elevo ad Supremum Moderatorem, qui

om-

omnia hæc inferiora disponit, inspicit & gubernat, & suspirans dico : O sapientissime Domine, Deus & Saluator noster, si tam pulchre disposuisti Imperiū Germaniæ : quam sapienter ordinasti Ecclesiæ & sponsæ tuæ Regnum in hoc sublunari mundo ! non enim tibi maior cura esse potest de Imperio quam de Ecclesia Fidelium tuorum. Tu igitur, O benignissime Iesu, mentem meam illustra, ut delecter in operibus & dispositib⁹ tuis. Hæc agens nonnunquam contempnor mirabilia, & inenarrabili gaudio perfundor. Huius porro sobriæ & sanctæ delectationis cupio te participem facere, O Anima & soror mea : sed desunt mihi verba, quibus sensum animi mei pro rei dignitate exponam. Si Germani tantum honoris tribuunt Cameræ Imperiali , vt non liceat inde vterius appellare:

L qua-

quare non habeamus in summa
veneratione Concilium generale,
vt illi penitus acquiescamus? Hæc
argumentatio mea est simplex ac
recta, quæ tamen posset varijs rati-
onibus dilatari, elucidari ac defen-
di. Sicut enim in Camera Spirense
resident viri doctrinæ & authori-
tate ornatissimi, qui omnia dili-
genter discutiant, mature inter se
conferant, & tandem lentè pro-
nuncient: ita multo magis contin-
git in Concilio generali. Ego per-
uolui tomos Conciliorum, & ad-
uerti maximam adhiberi charita-
tem & longanimitatē priusquam
aliquis ob hæresin condemnetur.
In exemplum adduco nouissimum
Sanct. Concilium Tridentinum
quod annis 18. durauit. Quibus
quot vijs cum Luthero actum sit
Vlenbergius fideliter narrat. Eia igit
tur excitare, O Anima mea, & con-
templare Ecclesiam sub persona

Mu-

Mulieris istius, quam D. Ioannes
vidit in *Apocalypsi* cap. 12. quæ erat a-
miēta sole, & luna sub pedibus ei-
us, habens coronam in capite 12.
stellarum. Licet etenim alij nume-
rent 18. Concilia generalia, ego ta-
men ad 12. præcipua restringo, in
quibus totidem hæreses principa-
les fuerunt condemnatae.

1. Ariani, in Concilio Niceno.
2. Macedoniani, in Concilio
Constantinopolitano.
3. Nestoriani, in C. Ephesino.
4. Eutichiani in Chalcedonensi.
5. Origenistæ, in Constant. II.
6. Monothelite, in Cōstant. III.
7. Iconoclastæ, in Niceno II.
8. Photiani in Constantin. IV.
9. Berengariani, in Lateranensi.
anno. 1059,
10. Waldenses & Albigenses in
Lat. anno. 1170.
11. Wiclefitæ & Hussitæ in
Constantiensi. an. 1417.

L 2

12 Lu-

142 Lapidis Philosoph.

22. Lutherani &c. in Tridentino.

SEPTIMVM SOLI-
LOQVIVM,

De Ecclesia triumphante.

E Leuare tandem, O Anima mea
& assumptis pennis euola a
Ecclesiam triumphante in
contemplandam. Ponderosa quidem
es, sed tamen conare; viam igno-
ras, sed D. Ioannes Euangelista
ostendet. Considera hoc regal
palatium quantæ sit claritatis,
pulchritudinis. Intuere Ciues pu-
purâ & coronâ decoratos. Cogit
omnes hosce per ynicam fidei
huc intrasse. Si quæsieris à SS. Ap-
stolis regulam fidei, ad symbolum
te remittent; si interrogaueris à S.
Martyribus an quilibet possit
sua religione seu potius opinio-
saluari: respondebunt, ergone stu-
tos nos arbitraris, quorum imagi-

pa

par non tantum ab Idololatis
sed etiam ab hæreticis trucidata
fuit? Idem tibi dicent SS. Confes-
sores, qui carceres & exilia ab hæ-
reticis sustinuerunt ob vnam Ca-
tholicam fidem. Porro si volueris
sciscitari à SS. Episcopis & Docto-
ribus, cuinam Ecclesiæ sit adhæ-
rendum, omnes tibi Romanam
inclamabunt. Monachi ac Eremi-
tæ vnam simplicem fidem, bonis
operibus ornatam tibi commen-
dabunt, Idem facient Virgines &
Viduæ, & omnes omnino Electi.
Hoc in regno inuenies Progenito-
res tuos, qui ante 100. 200. 300.
imo ante 800. annos in vna Ca-
tholica & Romana Ecclesia ob-
dormierunt. Horum igitur Socie-
tati si aliquando adiungi exoptas,
necessæ est ut in verâ fide & bonâ
vitâ illos imiteris, & patientiam
habeas in aduersis. Nam qui vicerit
possidebit hæc: & verissimū est quod

L 3 cani-

iden-
L I-
me-
la a-
con-
uiden-
igno-
gelili-
reg-
atis-
s pu-
Cogi-
fide-
. Ap-
olu-
s à S-
ffit-
inior-
e stu-
mag-
pa-

144 Lapidis Philosoph.

canitur de hac Ciuitate superna:

Portæ nitent margaritis.

Adytis patentibus:

Et virtute meritorum

Illuc introducitur

Omnis qui ob Christi Nomen.

Hic in mundo premitur.

Sed dicat nobis aliquid D. Ioannes qui quondam eam est contemplatus. Audiamus igitur ex cap. 21. Apocalypseos. Et Ciuitas non egerit, sed neque Luna, ut luceat in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus. Quamuis hoc loco mihi occurrat sapiens & argutū respondum B. Aegydi Franciscani, quod Surius refert 23. April. in tomis Sanctorum. Huic cum diceret quidam Doctor Dominicanus, S. Ioannem sublimiter de Diuinitate scripsisse: ipse respondit eum nihil tale fecisse, & confirmauit similitudine adiuncta, nam si ex altissimo monte exigua avis quotidie sume-

sumeret milij grana. post 100. annos deprehendetur quasi nihil sumpsiſſe. Ita ſe habet circa Diuinatatem, quæ incomprehensibilis est. Idem omnino afferere licebit de pulchritudine ac felicitate patriæ cœlestis, ſeu Ecclesiæ triumphantis: de qua ſcribentem cum legero D. Ioannem, & poſtea intuitus fuero proprijs oculis hanc claritatem, quam nunc habemus ſub aspectu, arbitrii potero in Apocalypſi eſſe guttam aquæ, & in hac contemplatione vastiſſimum mare ſeſe offerre, quod ebibi nequeat ab illa creatura. Sed quia hoc in loco permanere diu non permittetur, dabo tibi optimum consilium, O Anima mea, vnde poſſis tuam deuotionem nutrire, & profectum promouere: nempe ut poſtquam hinc diſcēſſerimus, crebriori lectione voluas eos Scriptores, qui de gaudijs æternæ beatitudi-

L 4 nis

nis scripserunt, ut hoc modo materiam habeas, eam contemplandi; deinde diligenter legas vitas Sanctorum, quas Surius aut alij collegerunt, ut obserues vias rectas, per quas duxit Dominus Iustos ac Ectos suos, ut & tu ijsdem semitis in hæreas constanter. Sed quia hinc discedendum nobis esse animaduerto, faciamus quod fecit olim *Sanctus Augustinus*, in suis Meditationibus capite vigesimo: ubi orat, ut ipsa Cælestis Patriæ felix societas pro ipso intercedat, eamque his verbis compellat:

O Domus Dei luminosa & speciosa,
dilexi decorem tuum, & locum habitationis gloriae Domini Dei mei, Possessoris
& Fabricatoris tui: tibi suspireret peregrinatio mea nocte ac die, tibi inhiabit cor meum, tibi intendat mens mea. Ad societatem beatitudinis tuæ peruenire desiderat anima mea. Dico ei, qui fecit te, ut possdeat me in te, quia ipse fecit me & te.

Imò

Imò tu dic, tu roga eum, vt dignum me faciat participatione gloriæ tuae. Sanctam enim societatem tuam, & mirabilem pulchritudinem tuam, non per meritum requiro: sed per sanguinem eius, quo redemptus sum, adipisci non despero; tantum adiuuent merita tua; subueniant prauitati meæ, Sanctæ & purissimæ orationes tuae, quæ inefficaces apud Deum nullatenus esse possunt. &c. O Hierusalem domus Dei æterna, tu esto post Christi dilectionem letitia & consolatio mea: dulcis memoria tui beati nominis sit reuelatio mœroris tœdiorumque meorum.

O C T A V U M S O L I -
L O Q V I V M ,

De officio intelligentie & voluntatis.

H V cusque te circumduxi, O Anima mea, per varias plateas, tam Ecclesiæ militantis quam triumphantis: restat nunc ut finem nostris Soliloquijs imponamus, &

L f stabi-

stabilem conclusionem ex hisce
omnibus tandem faciamus, no-
uoque fœdere & mutuo consensu
nostram amicitiam cofirmemus.
Non enim ignorare debes, quod
Deus Optimus Maximus ita nos
inuicem coniunxerit, ut nunquam
in æternum possimus separari.
Quocirca licet diuersas obceas
functiones, in vna tamen domo
eodemque cubiculo inseparabili-
ter habitamus. Meas partes tibi ex-
plicabo, & tunc etiam tua officia
exponam. Meum igitur est munus,
circa veritatem inuestigandam &
contemplandam occupari: tui of-
ficij erit virtutes colere, bonis o-
peribus vacare, summum bonum
super omnia amare. Et vt paucis
verbis tibi exponam vtriusque fi-
nem, nostra felicitas in eo consi-
tit, vt simplici intellectu & puro
affectu adhæreamus D E O nostro
iugiter, quantum possibile est in
hac

hic mortali vita. Ita in aureo suo opusculo sapienter definiuit *Magnus* ille B. Pater *Albertus Dominicanus*. Cæterum & mihi & tibi quædam vitanda erunt, ne aberremus ab illa regia via, quæ ad æternam beatitudinem perducit. Mihi non tantum erit cauendum ab erroribus ac deceptionibus, à pertinacia & proprio iudicio: sed etiam ab omni superbia & curiositate; si enim humilis fuero, facilè fidem adhibeo Ecclesiæ, sacris Concilijs, vetustis Patribus, & toti venerandæ Antiquitati: quatenus in vna fidei regula concordant; si humilis fuero, S. Scripturam eo sensu intelligam & legam, quo sensu illam exponit Ecclesia mater nostra: atque ita nunquam à veritate aberrabo. Si fuero simplex, non scrutabor curiosè illa, quæ superant meas vires, & quæ à me Deus non requirit; si fuero simplex, non annitar per na-

L 6 tura-

turalem rationem comprehender
mysteria Fidei, sed captiuabo in-
tellectum meum in obsequium
Christi. Hisce alijisque officijs mi-
hi impositis ego per Dei gratiam
perfungar diligenter. Tu etiam in-
uigila, ut partibus tuis satisfasias
& aduerte paulisper à quibus tibi
vel maximè sit cauendum. Tua
naturæ proprium est amare, sed
quia amoris varia sunt obiecta, ni-
si agas circumspectè, poteris facil-
abduci à legitimo amore. quapro-
pter nō amabis diuitias, honores
& voluptates: ad quæ amanda tu
mundus inuitat; neque amabis vi-
tia, ad quæ vel corrupta natura ve-
homines mali, vel tartareus inimi-
cus te instigant; sed illa omnia con-
temnes, exercens te in amore Dei,
& in sanctissima illius voluntate
perficienda. Putasne tamen omnia
tibi à me esse insinuata? Non puta-
bis; sed adhuc latet anguis in her-
ba.

ba. Vt erque nos in corpore mortali, tanquam in domo vel potius in carcere conclusi sumus: & licet ego multa obstacula patiar ad veritatis lucem clarius cognoscendam, propter ergastulum hoc te-nebricosum: tu tamen maioribus periculis exposita es, O Anima & soror mea, quia carni & sanguini sensibus ac sensualitati magis es copulata. nisi igitur salutare odium indixeris corpori nostro, s̄pius ab illo decipieris, & maculas tibi acquires, & me maioribus tenebris inuolues. Circa corpus itaque regendum & custodendum vigiles curas die nocteque adhibebis, in cibo potuque, in somno & quiete, in sensibus & membris omnibus, in ijs præser-tim in quibus maior residet voluptas, quæ utriusque nostrum per-niciem adferre queat. Sed quid est O Soror mea, quod ad vocem me-

am expallescas, & paureas ad hoc
certamen? Noli pusillanimis fieri,
sed viriliter age, & fortiter persiste:
quia multa millia Sanctorum præ-
cesserunt, qui tale prælium gesse-
runt, & post felicem victoriam in
cælo triumphant. Iterum dico, no-
li timere; quia cum ad Catholicam
Ecclesiam pleno consensu (quem
nunc videor obtinuisse) mecum
transieris, fortissimis armis indu-
ris, & tunc primum senties quan-
tas vires habeat Fides vera & vi-
ta. Inter alia arma erunt duo effi-
cacissima Sacra menta Pænitentiaæ
& SS. Eucharistiæ. Primò itaque
præparabis te ad proximam Con-
fessionem, in qua facienda ego tibi
adiumento ero, & lucernam tene-
bo: deinde in aliquo celebri festo
fuscipies Catholicò ritu venerabi-
le Sacramentum. Tunc reipsa ex-
perieris, quanta vis lateat in hoc
sacratissimo Ecclesiæ thesauro. Nā
sicuti

sicuti ad solis splendorem nix &
glacies brumali tempore lique-
fcunt, ita ad præsentiam sacratissi-
mæ Eucharistiae durissimum cor
tuum emollietur; & vitiosæ affe-
ctiones expellentur, & succresceret
non tantum viridis herba bono-
rum habituum sive virtutum, sed
etiam pullulabunt flores Sanctissi-
morum desideriorum. Ne autem
videar nudis verbis tecum agere,
probabo dicta mea verissimis ex-
emplis. Noui ego virum, qui cum
ex Lutherano Catholicus esset, etus
fuerit, difficulter admodum adduci
potuit ad faciendam confessionem
Sacramentalem: quam cum tan-
de frequentasset, tam leuis ac latus
factus est in animo, ut aestimaret se
nō amplius pedibus calcare terrā,
sed alis quibusdam per aërem vo-
lare: nam reuera grauissimo se pon-
dere exonerarat; quemadmodum
habeo ex proprio ipsius ore. Noui
etiam

etiam adolescentem, qui cum à Lutheranis ad Catholicos transiisset, & post ritè peractam Confessionem sacra Eucharistia se munijisset, tanto Fidei ardore inflammatus est, tantoque amore erga Deum flagrabat, ut intimis desiderijs optasset Martyrium subire. Hæc nō sentiuntur apud Lutheranos, quia omne quod hac in parte agere videntur, simiarum ludus est. Gestunt quidem in aliquibus locis imitari Catholicos dum illorum Concionatores suscipiunt auricularem confessionem: sed neminem à peccatis absoluunt, quia Sacerdotes legitimi non sunt, nec potestatem absoluendi habent. Porrigunt etiam populo (ut ipsi putant) Sacram communionem: sed nihil praeter solum panem & vinum: quia, ut dixi, non sunt Sacerdotes legiti- mè ordinati, neque potestatem ha- bent consecrandi. Maximo igitur desi-

desiderio anheles, O Anima mea,
ut primo quoque tempore tales
fructum in Catholica Ecclesia
consequaris.

NON V M S O L I
L O Q V I V M .

De effectu & proprietate Amoris.

Q V I D rugas contrahis, O Ani-
ma mea, & quorsum caperatā
fronte tristique vultu me intueris?
ego tuorum secretorum conscius
video quid te angat. Sic enim apud
te philosopharis; Si ad Catholicos
me recepero, necesse est ut amori-
bus iucundissimis renunciem, &
consequenter tristem ac melan-
cholicam vitam viuam; quod mihi
maximas creabit difficultates, vt
pote quæ sine amore & gaudio es-
se non queam. Ita quidem opina-
ris, o Anima mea, sed toto cælo ab-
erras; Quapropter attende dili-
gen-

genter ad ea quæ dicturus sum. Amor est vita tua; gaudium est spiraculum tuum; id concedo. cæterum istis non priuaberis in Catholica Ecclesia, sed ita accumulaberis, ut aliquando ebria videaris. Id quidem quod assero nondum capis, quia nunquam fuisti experta; sed ego solidissimis rationibus probabo & clarissimè demonstrabo, & tunc ut spero in omnibus consenties, neq; habebis vterius quod te possit retardare: & sic simul læti intrabimus Catholicæ Ecclesiæ ouile. Dicam prius in hoc Soliloquio de amore, & postmodum in sequenti de gaudio: & tunc sermoni finem impositurus sum. Eia igitur, O charissima soror, accommoda mihi benevolas & attentas aures. Hucusque Amor tuus angustissimis terminis circumscriptus fuit, de cætero latissimum imperium obtinebis. Hucusque Amor tuus maximi-

ximis perturbationibus te agitauit,
de cætero sumâ tranquillitate per-
frueris. Hucusque Amor tuus in-
effabilem tibi attulit mœrorem, de
cætero exquisitissimis gaudijs te re-
plebit. Hucusque Amor tuus nun-
quam te potuit satiare, de cætero
tantis gratijs afflues, vt exclamate
cogaris, O Domine contine obsecro vn-
das amoris tui, quia non possum amplius
sustinere. Hucusque amortuus de-
tinuit te in putridis creaturis, per
qua strahabar in baratum infer-
ni: de cætero ijs diligendis occu-
paberis, per quæ ad æternam bea-
titudinē perducaris. Agamus pri-
mò de amplissimo amoris campo:
nam vt breuiter dicam, diliges
Deum, & omnia in ipso. Quid ve-
rò est Deus? bonum infinitum &
incircumscripum. Amor igitur
tuus nullis terminis poterit coar-
ctari. In Deo diliges cætera omnia.
quænā sunt illa? Humanitas Chri-
sti in

sti in cælo resplendens, Deipara Virgo Maria cæli Regina, Angelici spiritus innumerabiles, Beatarum animarū millies millena millia, & longè plura. Et ista quidem occurunt in Ecclesia triumphanti. Quæ autem in militanti? Diliges iustos, ut Dei amicos; diliges iniquos, & pro ijs orabis ut conuertantur; diliges insuper Iudæos, Turcas & Gentiles; diliges hæreticos & schismaticos, & omnino diliges omnes homines, quatenus ad imaginem Dei sunt creati, & æternæ beatitudinis capaces, & pro omnibus preces effundes, ut à Deo illuminetur & conuertantur. diliges præterea omnes creaturem in Deo, & quicquid in cælo terraque consistit. Dic mihi nunc, O Anima mea, quid hucusque dilexisti? fortem vnum adolescentem aut virum, cum quo solebas familiariter colloqui, risus & iocose exercere, bibe-

re &

re & comedere , ludere ac tempus
fallere. fortè vnam puellam aut
mulierem diligebas, cuius aspectu
vel colloquio, cuius osculo vel am-
plexu delectabar. Et in hisce a-
moribus quoties contra D E I vo-
luntatem egisti ? quoties conscienc-
tiam tuam maculasti ? quoties va-
rię affectiones tete turbarunt : quo-
ties internus remorsus te cruciavit
& quando etiam amorem illicitū
expleuisti , nunquid ipse mox eua-
nuit, teque inanem & tristem de-
reliquit ? O miserrima & stultissi-
ma Anima mea, quid tu iactitas
tuos amores ? Contingit ferè tibi,
quod olim D. Augustino, qui cum
inter Manichæos hæreticos versa-
retur , carnalibus amoribus erat
implicatus, à quibus auelli impos-
sibile sibi videbatur: sed cum ad
Catholicos contulisset , & Sacra-
mentis Ecclesiæ munitus esset, lon-
gè aliter se affectū sentiebat. Hunc
virum

virum tibi ante oculos pone, O A-
 nima mea, eundemque pro exem-
 plo imitando firmiter propone.
 Audi illum ex libro 8. Confessio-
 num cap. II. *Retinebant me nugae nu-
 garum, & vanitates vanitatum, anti-
 que amicæ meæ; cum diceret mihi con-
 suetudo violenta: Putasne sine ipsis poter-
 is? Postmodum oculos coniiciens
 in castissima Ecclesiae Catholicae
 castra, dicebat sibi ipsi: Ibi tot pueri
 & puellæ; ibi iuuentus multa & omnis
 atas, & graues Viduae & Virgines anus,
 & in omnibus ipsa continentia, &c. Tu
 non poteris quod isti & istæ? An vero isti
 & istæ in semetipsis possunt, an non in
 Domino Deo suo? Dominus Deus eorum
 me dedit eis. Quid in testas? Projice te
 in eum, noli metuere, non subtrahet ut
 cadas. Projice te securus, excipiet te &
 sanabit te. Hic talis vir in suo amo-
 re captiuus, postquam Ecclesiæ est
 incorporatus, quanto amore Dei
 ardebat? quot flamas suspirio-
 rum*

A
m
ne.
io-
nu-
ti-
on-
te-
ens
cæ
eri
nius,
Tu
isti
in
um
te
vt
o
st
i
o
m
rum die no[n]t[em]que emittebat? lege
non tantum libros Confessionum,
sed etiam Soliloquiorum ac Medi-
tationum: & admiraberis tantam
al[ter]nationem. nam vltra 40. an-
nos castissimo & prorsus Seraphi-
co amore Deum dilexit, atque Ec-
clesiam doctrina & exemplo illu-
stravit. Prædictos libros tibi com-
mendo legendos ô Anima mea: &
si consilium meum secuta fueris,
discutientur paulatim vincula tua,
& viscosissimæ affectiones tuæ au-
ferentur. Ne autem hac vice omni-
no ieiunam relinquam, audi hunc
illuminatissimum Doctorem ex c.

19. Soliloq. Amo te Deus meus, sem-
perq[ue] amare cupio: quia tu es reuera o-
mni melle dulcior, omni lacte nutriti-
lier, & omni luce clarior; Idcirco super
omne aurum & argentum & lapidem
preciosum es mihi charior. Displacebat
enim mihi quicquid agebam in seculo
præ dulcedine tua, & decore domus tua
quam

quam dilexi. O !gnis qui semper arde
& nunquam extingueris ! O Amor q
semper ferues, & nunquam te pescis ! a
cende me, accendar, inquam, totus a
ut totus diligam te. Minus enim te ama
qui tecum aliquid amat , quod non pr
pter te amat, &c.

D E C I M U M S O L I
L O Q V I V M ,

De gaudiorum diuersitate.

TRactauimus de amoribus tui
O Anima mea: agendum qu
que erit de gaudijs tuis. Ego si
te quæsiero, vbi sunt gaudia
respondebis mihi vtique vbi su
amores mei. & hoc verissimum
est; si igitur tam viles sunt amore
tui, ut supra discussimus : quam in
ania erunt gaudia tua? sed vulnera
ipsa denudemus. Delectaris, exem
pli gratia, in aliqua muliere, &
causam quæsiero : respondebis

qui

quia pulchra est. Pulchritudo itaque est gaudium tuum. Sed quæ pulchritudo? quæ oculis obijcitur, id est, visibilis caro. Vides manus nitidas, & in ijs oblectaris, eas apprehendis & oscularis, easque auctoritudo tuo aut collo applicas: & in hoc gaudium captas, gaudium exerces. Sed contingit nescio quā infelici casu, ut manus à brachio perictum gladij hostilis absindatur; tu manum accipe, id est, gaudium tuum tibi serua; cutem, quā diligebas, quam admirabaris, detrahe, & in preciosissimo scrinio repone: manum quoq; ipsam, id est, carnem & ossa (quæ sub ipsa cure delitescebant) diligenter conserva in fericā aut holosericā cruxmena. Post dies septem & manum & cutem inspice, & si placet osculari. Sed absque dubio fædissimus aspectus te auertet, intolerabilis fœtor nauseam tibi pariet, & sca-

M

ten-

tentes vermes vomitum excitabūt.
Vide igitur vilissimam materiam,
in qua delectabar. Secus est in ijs
qui gaudia sua quærunt & inueni-
unt in Deo, in rebus Diuinis, in o-
peribus bonis, & in omnibus re-
bus in quibus homo licet gaudere
potest; hi tot habent gaudia, quot
obiecta: imò in omnibus omnino
actibus virtuosis delectantur. Si o-
rant, gaudent: si ieiunant, si eleë-
mosynam erogant, si miseris op-
erulantur, si concionibus pijs inter-
funt, si meditantur, si Missas audi-
unt, si zelum exercent, si iustitiam
adминистрant, si reliqua bona ope-
ra frequentant, in omnibus istis
summoperè lərantur, & suauissi-
mis gaudijs perfunduntur. Tu si
omnia gaudia tua cum uno ex his
ce comparaueris, videbis te in vi-
lissimo stercore delectari. Agnosce
igitur, O anima mea, iustitiam tu-
am, quod iniuriam feceris Catho-
licis,

lícis, quasi ipsi absq; amore & gau-
dio viuant. vidisti forsan Religio-
fos viros vili tunica & nudis pedi-
bus incidentes, & idcirco miseros
iudicasti: sed internum ferorem
& animæ gaudia non potuisti pe-
netrare. Respondeat tibi sanctus
Ioannes Chrysostomus, Doctor Eccle-
siæ Orientalis eloquentissimus, in
quadam homilia: *Si posses mentis eo-*
rum atque animi ianuas reserare, & nu-
das cogitationes eorum & omnem inte-
riorem ornatum conspicere: fulgore per-
tulsus in terram concideres, nec illarum
vestium splendorem, nec conscientia lu-
cem perferrere posses, &c.

Tus sole magnam ponere dele-
ctionem in risibus & iocis, in es-
culentis & poculentis; sed quid ait
D. Paulus Apostolus? *Non est Re-*
gnum Dei esca & potus, sed Iustitia &
pax & gaudium in Spiritu sancto, ad
Rom. c. 14. Tantus fuit quorun-
dam Catholicorū amor, tale gau-

M 2 dium

dium in Spiritu; ut eduliorum corporeorum aut nullam aut exiguum habuerint curam. B. Nicolaus Heluetius yixit annis ferè 20. absque ullo putribili nutrimento. Si cupis veras delicias inuestigare illorum, qui Diuino amore succensi fuerunt: lege deuotissimi viri L. douici Bloſy libros 4. Psychagogiæ, quos ille collegit ex duobus Ecclesiæ Catholice Doctoribus, S. Augustino, & S. Gregorio Magno. In eo loco, vbi natus est Lutherus, vixerunt quondam duæ Virgines ex illustri genere ortæ, sed sanctitate vitæ illustriores, B. Gertrudis & B. Mathildis, quæ postquam Christo sese desponsarunt in cænobio Islebiensi, tantis delicijs spiritualibus affluxerunt, ut cælestem vitam in terris gessisse videantur. Id omnino testantur illarum libri, qui supersunt. Extat in hisce unum Exercitium Diuini Amoris, quod non putares

tares ab homine compositum, sed
ab Angelis cælestibus conscrip-
tum, & à Spiritu sancto dictatum.
Huic additur & aliud Exercitium
laudis Diuina, quod ego potius dixe-
rim cælestium deliciarum. Sed vi-
deo te, O Anima mea, huc anhela-
re, ut aliquem saltem inde capias
gustum. Aperi igitur os tuorū de-
sideriorum, & suscipe ambrosiam
& nectar, ut illi quondam dicebant
inter Gentiles, æstimantes hunc es-
se potum cibumque Deorum. Sed
amor diuinus aliter pascit & inc-
ebriat ad se suspirantes. Audi, audi
& admirare.

Tu es Domine mi spes mea, tu gloria,
tu gaudium, tu beatitudo mea, tu es sitis
spiritus mei, tu vita animæ meæ, tu iubi-
lus cordis mei. O quando tribues mihi de-
siderium animæ meæ, in manifestatione
gloriæ tua? O quando introibo in tuas po-
tentias? O quando indues me pallio laudis
pro spiritu mæroris? O quando habitabo

M 3 in

168 Lapidis Philosoph.

in tabernaculo tuo in secula? &c.

Sed hæc micæ sunt cadentes in
terram, te porro ad mensam fercu-
lis opiparis plenissimam remitto.
Coronidem huius Soliloquij ex
D. Bernardo apponam.

Amor Iesu dulcissime,

Quando cor nostrum visitas,

Pellis mentis caliginem,

Et nos reples dulcedine.

Quam felix est quem satias,

Consors paterna dexteræ,

Tu veræ lumen patriæ,

Quod omnem sensum superas.

Splendor paternæ glorie,

Incomprehensa Bonitas,

Amoris tui copiam

Da nobis per præsentiam.

C O R O N I S.

Q Væ hactenus tecum tractauï,
O Anima mea , de amore &
gaudio Catholicorum , ea per-
strinxi

strinxi rudi Mineruā, vt aiunt, &
crassiori modo, iuxta tuam imper-
fectionem; nondum enim capere
potes subtiliora. alioquin si pro rei
dignitate mihi loquendum esset,
multa ex Rusbrochio, Taulero, Har-
phio, Susone, alijsque expertissimis
scriptoribus in mediū proferenda
fuissent. Tu si mereare aliquando
experiri, forsitan mihi obijcies, me
ne vmboram quidem depinxisse ve-
ri amoris: Veruntamen id mihi i-
gnoscas velim, qui respicio condi-
tionē tuam in qua nunc consistis,
non eam ad quam forsitan exaltan-
da eris. Exhorto te iterum ad Fi-
dem Catholicam perfectè suscipi-
endam, sine qua nunquam perue-
nies ad amorem Dei, neque abs-
que amore gustabis delicias Para-
disi. Est enim Amor Diuinus qua-
litas animæ rationalis cælitus infu-
sa, & gratuito D e i fauore con-
cessa, per quam qualitatem anima

M 4

con-

coniungitur cum Deo. In hac coniunctione anima complectitur Summum Bonum brachijs dulcissimi amoris, nihil igitur illi deesse poterit ad omnē felicitatem: quicquid enim boni vñquam optari potest, hoc iam habet in summo & fontano Bono. Quanta est illa Beatus, O anima mea, quam in statu mortalis vitæ poteris obtainere? Cæterum cum in schola Diuini Amoris fueris suo tempore melius instituta, tunc cognosces ad hoc altissimum culmen perfectionis per gradus quosdam tibi ascendendum esse. Nam sicuti, quilibet Artes discere concupiscunt, non statim admittuntur ad Metaphysicam audiendam, sed in gymnasijs inferioribus primò exercentur: ita etiam in vita spirituali non statim intrare permittéris Secretarium Diuini Amoris, sed alijs exercitijs rudioribus debebis prius ad

cam

cam dignitatem disponi ac exor-
nari. Fides igitur vera & integrati-
bi necessaria est, sine qua nunquam
cum Deo per Amorem coniungeris.
O si scires, quid sit Deus! scires etiam
multa requiri in anima rationali,
priusquam cum illo coniungatur.
Deus enim est purissimus Spiritus,
cum quo creatus spiritus vniuersi ne-
quit, nisi ad summiam puritatem
fuerit perductus. Proinde iuxta
modum spiritualis vitae, prius o-
portet per paenitentiam expiare
maculas peccatorum præterito-
rum, ac eradicare malas propen-
siones quæ ex peccatis contractæ
remanere solent: deinde virtu-
tibus bonisque operibus operam
strenuam nauare, precibus quo-
que ac meditationibus sedulo va-
care, ut boni habitus acquirantur,
quæ animam exornent: tunc tan-
dem Diuina Bonitas pro suo pla-
cito (quando qualiter & ubi volu-
erit)

M. 5.

erit.) communicat hunc secretissimum ac preciosissimum thesaurum: qui non nisi in Catholica Ecclesia reperitur. Possem id plurimis exemplis confirmare, sed ijs tantum ero contentus, quæ intra spaciū 100. annorum ferè contigerunt, tu attende.

1. Eo tempore, quo Lutherus adhuc habitum Monasticum gerbat, id est anno Christi 1510. obiit Genuæ in Italia B. Catharina de Borbone, nobilis vidua, sed nobilior sanctitate: cuius vitam ybi legeris, dices te inuenisse viuum speculum Diuini amoris, cuius signe illa excocta fuit annis circiter 33.

2. Eo tempore, quo Lutherus haeresin suam euomuit, id est anno 1522. S. Ignatius Loiola ex milite sæculari factus est Christi seruus, in omni paupertate & humilitate: qui in exercitijs spiritualis vitae tantum perfecit, ut Magister factus fuerit

Pa-

Paterq; sanctissimorum virorum.
 Huius Magistri Discipulus fuit
 S. Franciscus Xauerius, qui Euange-
 lium Indis & Iaponibus annuncia-
 uit: & inter Labores suos tanta in-
 terdum dulcedine Diuini Amoris
 fuit recreatus, ut exclamare coa-
 etus sit: Cessa Domine, quia non possum
 vterius sustinere.

3. Eo tempore, quo Lutherus
 infelicem animam efflauit, id est,
 an. 1546. Romę florebat S. Philippus
 Nereus, qui tantum ignem Diuini
 amoris in suo corde expertus est,
 ut hyemali tempore totus visus sit
 ardere. Quidego referam S. Caro-
 lum Boromeum Episcopum? quid
 sanctam Teresiam Virginem? quid
 B. Thcmam Nouovillanum? quid
 B. Ludouicum Bertrandum? quid
 B. Magdalenam de Paz? horum vi-
 tas lege, & fidem illorum seque-
 re: & à portu salutis æternæ
 non aberrabis.

Cate

INDEX DIDACTI
CUS AD LAPIDEM PHILO-
SOPHORVM MYSTICE EX-
PLICATVM MELIVS IN-
TELLIGENDVM.

Prin

*Post Introductionem totus Tractatus
diuiditur in septem Partes
principales.*

- Prima Pars continet septem vias Cognitionis Christianæ. pag. 5
In secunda Parte Vera Ecclesia septem modis demonstratur. 13
In tertia Parte proponitur Parabolicum Paradigma. 32
In quarta parte differit de Ierusalem veteri & noua. 67
In quinta Parte adducuntur duodecim Considerationes. 76
In sexta Parte sunt septem Precationes ordinatae. 91
In septima Parte continentur decem Soliloquia diuersa. 107
Sequitur Conclusio sive Coronis exemplaris. 168
- Cat

INDEX.

Caterum has septem Partes principales
in fragmenta minutiora di-
uidamus.

In prima Parte,

Prima Via cognitionis est de Homine,	pag. 5
2. De Fide,	6
3. De Christo,	7
4. De Ecclesia,	8
5. De S. Scriptura,	9
6. De Symbolo Apostolico,	10
7. De Heret.	11

In secunda Parte, Vera Ecclesia demonstratur,

1. Ex Figuris,	15
2. Ex Prophetijs,	16
3. Ex Ornatis,	19
4. Ex Titulis,	21
5. Ex Signis,	23
6. Ex Persecutionibus,	24
7. Ex Charismaibus.	26

In tertia Parte, introducitur

Parab. Icum Paradigma de quodam Prin-
cipe Iaponia conuerso.
Sequitur explicatio & applicatio Paradi-
gmae

INDEX.

- gmatis eiusdem. Anneduntur Observations quedam, sive septem Considerationes. pag. 57
1. quod Ecclesia Catholica donatum sit à Deo, conuertere Gentes ad Christianismum. 60
 2. quinam conuerterint olim Europam. 61
 3. quando cœperit Iaponia conuersi. 62
 4. quis Iaponibus annunciarit Euangelium Christi. 63
 5. ubinam Iaponiae mentio fiat in sacra Scriptura. 64
 6. quinam illustrarint Euangelicâ luce mundum nouum. 65
 7. quod Christo Iudici reddenda sit ratio Fidei & Vita. 66

In quarta Parte ostenditur

Cuinam ciuitati conueniat ille titulus Ezechielus, Dominus ibidem. 68
Deinde narratur, quanam ornamenta Iudeorum translatâ sint Romam, ex veteri nempe Ierusalem ad nouam.

Postmodum declaratur, ad quantam dignitatem eucta sit Ierusalem noua, sive urbs Romana. 72

Qualiter insuper fuerit dilatata per India utramque usque ad Chinas. 73

Quod heretici in istis partibus querant suas diuinitas, non lucrum animarū. 75

In

IN D E X.

In quinta Parte producuntur duodecim Considerationes diuersæ ad Ecclesiam veram magis cognoscendam.

1. ex verbis Isaia Prophetæ.	pag. 76
2. ex dicto Ciceronis.	77
3. de Ecclesia visibilitate.	78
4. de Gentium conuersione.	79
5. quod conuerstio sit duplex.	80
6. quod genies indigent utrâque conuersione.	81
7. quinam praterito saeculo Gentibus euangelizarint.	82
8. quod ab hereticis Gentes non conuertantur.	83
9. de admirabili Ecclesia Catholicæ splendorie.	85
10. exponitur locus quidam Isaia Prophetæ.	86
11. de duabus Ecclesia cladibus illatis.	87
12. de consolatione Diuinâ post clades immisas.	89

In sexta Parte agitur

De orandi necessitate & modo.	93
Deinde subiunguntur septem Precationes, per mysteria nostræ Redemptionis ditatae & illustratae.	

I. de



Errores præcipui.

pa. li. In Colloquio.

- | | | |
|------|----|-------------------------------------|
| 38 | 20 | adæquatio rei ad intellectum. |
| 39 | 12 | i. seu primo, non id est. |
| 42 | 4 | fundamenta, non fundamentum. |
| ibi. | 22 | βασις et . |
| 59 | 14 | mores, non moras. |
| ibi. | 19 | societas. |
| 73 | 19 | Regi, non Regis. |
| 75 | 3 | quam iudicando, non et . |
| ib. | 7 | duas claves, non duos. |
| 84 | 12 | sive, non siccæ. |

In Lap. Philosoph.

- | | | |
|------|----|--------------------------------|
| 59 | 11 | compræhendit. |
| 61 | 18 | PP. I. seu primus, non id est. |
| 65 | 10 | mittam ex eis. |
| ibi. | 22 | qui, non et . |
| 87 | 7 | post claudentur, pone num. 7. |
| 94 | 6 | pro, non per. |
| 124 | 18 | nonnulli. |
| 159 | 22 | post Catholicos, adde se. |

Hos aliosq; Errores Eruditus Lector
Auctori non imputabit: sed oscitanti pa-
cius Correctori, cum aliquando bonus
dormitet Homerus, ut quidam canit.

Qued

um.
tor
bo-
nus
uit.
ued

Quod attinet ad commata & puncta,
cateraq₃ Syntaxeos cola : sepiuscule ab-
erratum est à primāuo exemplari. Cæ-
terum quid faciemus ? Facta equidem
nequeunt fieri infecta. Corrigat igitur
hac in parte studiosus Lector , quod
viderit ex ratione dictante
corrigendum
esse.



Wolfgang Schmidlin de Leonne
L'Allemagne des rois et empereurs
et des autres souverains de l'Europe
et d'Asie. T. 1. Les empereurs
et rois de France. Chouys et rois
de la Bretagne. Roi de Navarre.
Rois de Castille. Roi de Portugal.
Rois de Sicile. Roi de Naples.



94016
80

91846

